

Handwritten text in a stylized script, likely a title or author's name, written vertically on the aged, yellowish-brown paper cover of a book. The text is arranged in a single column and appears to be a mix of letters and symbols, possibly representing a specific dialect or a highly stylized form of a language. The characters are dark and somewhat faded due to the age of the paper.

A  
47  
213



2



*49 P. 100*


Estante	<i>H</i>
Plúteo	<i>7</i>
N.º	<i>6</i>

BIBLIOTECA HOSPITAL	
GRANADA	
Sala:	<i>A</i>
Estante:	<i>47</i>
N.º:	<i>213</i>

*Lo*

*Lorenzo Romero*

2 400 70 Safa MADE IN SPAIN





Este libro es de  
Antonio Pubert  
Maestro Boticario Resi-  
dente en el Lugar de  
Corneilla del Volpax y  
fue echo a los 12 dias del  
Mes de Mayo del Año 1736  
Ben Escrivano de su Lugar  
Juan Gascon Maestro y Org.  
del mismo Lugar



*49 Pinos*

Estante	H
Pláteo	7
N.º	6

BIBLIOTECA HOSPITAL	
GRANADA	
Serie	A
Estante	47
N.º	213


*Lorenzo Romero*



Este libro es de  
Antonio Pubert  
Maestro Boticario Resi-  
dente en el Lugar de  
Corneilla del Volpax y  
fue echo a los 12 dias del  
Mes de Mayo del No. 1736  
en el Escrivano de San Juan  
donde Gaspar Maestro y  
del mismo Lugar



sta  
lât  
N.





OFFICINA  
 MEDICAMENTORVM,  
 ET METHODVS RECTE  
 EADEM COMPONENTI, CUM VARIJS SCHOLIJS,  
 & alijs quam plurimis, ipsi operi necessarijs; ex sententia  
 Valentiorum Pharmacopolarum.

AVCTORE EORVNDEM COLLEGIO.  
 PRÆFECTIS COLLEGIJ, ANTONIO JOANNE INSA, ET JOANNE  
 Baptista Catarroja, tum, & Examinatoribus Gulielmo Salvador Borrás, &  
 Francisco Joanne Molina, Scriba artis Rocho Linyerola.

SEGUNDO TOMO.

*LA FARMACEVTICA DE FRANCISCO VELEZ  
 de Arciniega.*

TERCERO TOMO.

*EXAMEN DE BOTICARIOS, POR EL PADRE  
 Fr. Estevan de Villa.*

SEGUNDA IMPRESSION.

Ván añadidas las Tarifas del Reyno de Aragon, y Ciudad de Zaragoza.

Y SE DEDICAN  
 A LOS ILVSTRISSIMOS SEÑORES DIPVTADOS  
 DEL REYNO DE ARAGON.

*Matias  
 regente de  
 Antonio  
 de Ramon  
 Boticario de  
 Zaragoza año de  
 1755*



*la botica de  
 ruban  
 de abril*

*Dr. Sanchez Garro*

CON LICENCIA:  
 En Zaragoza. Por GASPAS TOMAS MARTINEZ. Año 1698.

*A costa de Matias de Lexaun, Mercader de libros, y Librero del Reyno de Aragon,  
 y del Hospital Real, y General de Nuestra Señora de Gracia.*



OFFICINA  
MEDIAMENTORVM  
ET METHODVS RECTE  
EADEM COMPONENTIBUS CUM VARIIS SCHOLIS

AVCTORE BOVENHEM COLLEGO  
PREFECTO COLLEGIJ ANTONIO JOSEPHI ET JOHANNIS  
BAPTISTAE CAROLINIENSIS LICEI SIVE SCHOLAE  
PRAEFECTO JOHANNIS HOFFMANNI SIVE SCHOLAE LINGVORVM

SECUNDO TOMO  
DE ANATOMIA DE ANATOMICO VETERE

TERCIERO TOMO  
EXAMEN DE ANATOMIA POR EL PADRE  
FRANCISCO DE SAN VICENTE

SEGUNDA IMPRESION  
En la Ciudad de Madrid en la Imprenta de San Juan de los Rios de Aragon y Ciudad de Aragon  
Y SE DEDICAN  
A LOS ILUSTRISIMOS SEÑORES DEUTADOS  
DEL REINO DE ARAGON



En Madrid en la Imprenta de San Juan de los Rios de Aragon y Ciudad de Aragon  
Año 1798

En la Ciudad de Madrid en la Imprenta de San Juan de los Rios de Aragon y Ciudad de Aragon  
Año 1798



# A L

ILVSTRIS<sup>mo</sup> REYNO DE ARAGON,

R E P R E S E N T A D O

EN SVS QVATRO BRAÇOS

POR LOS ILVSTRISSIMOS SEÑORES

DON PEDRO GREGORIO Y ANTILLON, OBISPO  
de Huesca, del Consejo de su Magestad.

DON VICENTE ESTEVAN CARBONEL Y COSTRAN,  
Canonigo, y Sacristan Mayor de la Colegial Insigne  
de Monçon.

*(Por el Brazo Ecclesiastico.)*

DON BERNARDO XIMENEZ DE URREA, BARDAXI,  
Fernandez de Heredia, Abarca, Castro, Almazan, Zapata, Por-  
tugal, Fernandez de Yxar, Alagon y Hornes, Marques de Torres,  
Duque de Almazan, Señor de las Varonias de Clamosa, Gabin,  
Rodellar, Eripol, y Sietamo, y de las Villas de Maella, y Almazan,  
Maesse de Campo de Infanteria Española, del Consejo de  
Hazienda de su Magestad, y su Mayordomo.

DON FERNANDO DE SADA Y ANTILLON,  
Marques de Campo Real, Conde de Covatillas, Vizconde de la  
Laguna, Varon de San Juan Castillo, Tesorero General de la  
Santa Cruzada del Reyno de Aragon,

*(Por el Brazo de Nobles.)*

DON JUAN DOLZ DE ESPEJO, CAVALLERO:  
DON FRANCISCO DE VERA Y PERALTA,

*(Por el Brazo de Hidalgos.)*

DON MARTIN CLEMENTE CORREDOR,  
Ciudadano de Zaragoza.

DON IGNACIO GOMEZ DE OLBS,  
Comunidad de Calatayud.

*(Por el Brazo de Universidades.)*





## Ilustrissimo Señor.



N la presente ofrenda, como en las demàs, que à las Aras del Templo de la Grandeza de V. S. I. ha sacrificado reverente mi gratitud, he tenido en la mente aquel Canon inviolable de los Antiguos, que antes de exponer sus obras à la vista comun, eligiessen en la Esfera de los Grandes vn Protector, para que como soberano Genio le mirasse benigno, como Patrono, y Tutelâr. *Qui librum condit (dezia el Griego Menandro) prius debet Tutelare adire Divum quam Opus edat in lucem.* Aunque esta Pharmaceutica con los demàs Tratados que componen este Volumen, aya rayado favorecida de sus Mezénas teniendo su primer Oriente en otro Orizonte, le contemplo como que renaze en los plomos de la Prensa para nuestro Emisferio, y por essa razon le procurò el mayor Amparo, y el mas Augusto Patrocinio. Pareze que mirava à V. S. I. el referido Menandro, quando definia las altas calidades del Protector: *Ille autem ad protegendum aptus erit, qui Maiestate Generis, comitate morum, ac potentia prestare videtur.* Todo este triunvirato de Glorias resplandeze como en su Cielo en V. S. I. porque no es otra cosa Reyno de Aragon, que Magestad, Integridad, y Poder, como està executoriado en los Anales de los Siglos, con emulacion de todos los Reynos, y Provincias del Orbe. Aunque de otro Imperio lo dixesse, antes vn Sabio Gentil, à ninguno como al Reyno de Aragon le conviene el Elogio: *Quod Natura potuit Regum, & Imperatorum sanguinem dedit. Quod Fortuna Coronas, sceptrâ, subditos, Imperia.* Ni aun esto se duda, porque ninguna cosa ay tan clara, como componerse la Corona Aragonesa esmaltada con Augusta Sangre, de muchas Coronas, Cetros, Imperios, y Vassallos. Todo este agigantado Olimpo, Machina noble de Rea-



les Triumphos, y de Inmortales Glorias representa V. S. I. en su Venarable Consistorio, y en los Quatro Braços, que lo defienden, rigen, y sustentan. Para Atlantes, que con tan general aplauso mantienen este glorioso peso, no me ocurre en todas las Efimerides de la Nobleza, mayor aclamacion que la de: *Aborigines*, que era la voz con que los Etiopes definian à los Hombres, que nacian de Grandes, imitavan à los Mayores, y subian à las Veneraciones mas altas, que su barbaro culto tenia prescriptas para las Deidades. Pero en este punto, quiero mas pecar de moderado, que de atrevido, porque no sería V. S. I. lo que venero, si cupiessen sus Grandezas en mi discurso. *Nec meus audit rem tentare pudor; quam vires ferre recusant.* Yà que entre las calidades de la Proceccion, brillan con tan puros esplendores en V. S. I. lo Magestuoso, y lo Ingenio, devo dezir con el Panegirista de Irajano sobre lo Poderoso: *Tam velox Potentia tua est, tam, que in omnia intenta Bonitas, & accincta; ut tristius aliquid seculo tuo passis, ad remedium salutemque sufficiat ut scias.* Para remedio de qualquiera daño comun de la Patria està tan veloz, y vigilante la poderosa autoridad de V. S. I. que no ay medio entre la noticia, y el reparo, porque instantaneamente nacen los reparos de los riesgos, de la noticia primera de los daños. Buelvo aora al dictamen que propuse del Griego Discretissimo: *Ille autem ad protegendum aptus erit, qui Maiestate Generis, Comitatu morum, ac Potentia prestare videbitur,* en cuya consideracion, se turba mi encogimiento, porque es corta Victima para tantas Aras, pobre Sacrificio para tanto Templo, y limitada ofrenda la de vn Libro para quien toda la Esfera literaria sería vna flor humilde, respeto del Jardin mas abundante. Sirveme de consuelo para disculpa de mi temeridad, el concepto del Eloquente Romano, que hablando de la preciosidad de los Sacrificios, sentia que no devian mirarse la corpulencia de los Beçerros, ni la hermosura de las Vacas, que se echavan à las torpes llamas del holocausto, ni à las cuchillas del Sacrificio, sino à la reverente atencion, y amante fidelidad de quien las ofrecia: *Non quantum dederis, sed quanta mente dedisti, pensandum est.* Ha muchos años que tiene mi veneracion por su mayor lustre, el ser criado de V. S. I. aviendo executado mi buena ley en quantas ocasiones se han ofrecido del obsequio de V. S. I. y si me empeñare aora à probar los quilates de mi rendida obediencia, se quexaria severamente de mi proprio, mi misma atencion, reverencia, y fidelidad. Pero aunque mi conocida obligacion no me impeliessè, à quien sino à V. S. I. avia de ir à buscar Mecenas para vna obra que trata de los remedios para la salud, y del precio, pessos, y tassa de los remedios; quando el blanco principal del Consistorio Nobilissimo es atender



der con tan plausible vigilancia à la publica salud de la Republica, y à la mas perfecta conservacion del Cuerpo Politico de nuestro Reyno? Ruego à V. S. I. con el rendimiento mas profundo perdone la ofensiva obsequiosa de mi gratitud, admitiendo V. S. I. con su acostumbrada benignidad este acuerdo de mi devocion, para continuar la serie de los favores, que siempre he debido à V. S. I. Así nuestro Señor guarde à V. S. I. felicissimos años en su mayor grandeza, como se lo suplico, y he menester. Zaragoza, y Agosto 14. de 1698.

Ilustrissimo Señor.

Su más rendido, y obligado servidor

*Mathias de Lezaun*



APROBACION DE IOSEPH ASSIN Y PALACIOS DE ONGOZ, BOTICARIO,  
Colegial de la Ciudad de Zaragoza.

**P**OR Comission del señor D.D. Lorenzo Armengual del Pino, Capellan de honor de su Mag. Canonigo de la S. Iglesia Metropolitana, y Apostolica de Santiago, Iuez, Examinador Synodal; Vilitador General, y en lo espiritual, y téporal, Provisor, y Vicario General de la Ciudad de Zaragoza, y su Arçobispado, &c. He visto vn Libro que se dà à la Imprenta, intitulado: *Officina Valentina, &c.* con el aditamento de la Pharmaceutica de Francisco Velez de Arciniega, y el Examen de Boticarios, escrito por el P. Fr. Estevan de Villa; y en todos los tres Tratados, que constituyé esta obra, es mi sentir, aver deuido mucho los profesores de la Pharmacia, à quien por la vtilidad publica no solo los dà à la Imprenta, sino que en vno sollicita compendiar de muchos asuntos la doctrina: y si los Polos en que funda todo el edificio desta ciencia (como saben los profesores de este arte) son la Teorica, y Practica, hallará el Letor en esta obra epilogados los primeros fundamentos de la Teorica; en el Examen de Boticarios, y Pharmaceutica de Velez, con los seguros dogmas de la Practica, que se enseñan en la Oficina Valentina, para que de entrambas obras resulte al letor, como dezia San Geronimo à otro asunto, la hermosa vestidura de la ciencia. (*In prefatione Epist. ad Ebreos*) *Stamina, & fila nonnumquam ponunt priores; ut posteriores ex illis vestem inde conficiat.* Obra, à mi corto parecer, que ni pudiera discurrirse mas provechosa al que empieza, ni mas necessaria al que prosigue; de modo, que pudiera con jaçtancia dezir quie lo dà à la Prensa, lo que dezia Iusto Lipsio en el prefacio de su Politica. (*In prefat. ad suam polit.*) *Quid vtilius ponit quam tot sententias in unum conducere, pulcras, & acres ad salutem nactas generis humani?* Pudiera en fin à este volumen con justa razon darse el nombre de Encyclopedia, pues de la Pharmacia todo lo mas electo, desde el principio al fin lo refiere, sin dexar, ni la mas minima circunstancia digna de nota, con la seguridad de ser todas sus doctrinas ciertas, seguras, y de los antiguos Autores calificadas; y por tanto logra la inmunidad de verle libre del comun contagio de la embidia; pues con la misma autoridad, y antigüedad de sus Autores queda defendida: assi lo dava à entender Macrobio quando dezia. (*cap. 10. Saut.*) *At cum veterum dicta referimus ipsorum authorum dignitate defendimur.* Este es mi parecer, subordinandome en todo à la censura del docto. Zaragoza, y Setiembre à 8. de 1698.

Joseph Assin y Palacios de Ongoz.

IMPRIMATUR.  
Armengual, V.G.

APROBACION DEL DOTOR LVIS MONEVA Y VISIEDO, MEDICO COLEGIAL,  
y Ciudadano de la Ciudad de Zaragoza.

**P**OR Comission del muy Ilustre señor D.D. Antonio Blanco y Gomez, del Consejo de su Magestad, Regente la Real Chancilleria del Reyno de Aragon, y Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, &c. He visto, y examinado tres Libros, y à otra vez Impresos, como son la *Farmacopèa Valentina*; la *Pharmaceutica de Francisco Velez*, y el *Examen de Boticarios* del P. Fr. Estevan de Villa, para que segunda vez se conceda la licencia de imprimir todos tres en vn Cuerpo, con mucha alma; y ànque yà les tenia visto, por llevarme la atencion, lo vtil de su tratado, assi para Boticarios, como para Profesores de la Medicina, no obstante con rendida obediencia, y gratitud los he leído, y hallo ser muy deuida segunda Impresion; dànme asunto tres motivos: El primero, y el mas eficaz, es, el carecer de estos Libros, por aver finado su primera Impresion: El segundo, por ser la materia de que se trata, la mas importante, y vtil à la salud humana: El tercero, por vnir en vn Tomo, ò Cuerpo tantas doctrinas que le adornen, sin que le falte nada al Arte, pues estas solas, no solo le llenan, sino le colman. Donde mas tira la linea el arte del pintar, es, en lo primoroso del dibujo, ayroso del pincel, y delicado de la obra, como nos lo diò à entender Marsilio Finicio: *Dum Pictor loquitur, loquitur male: dum pictura loquitur, bene loquitur*: y assi estos trabajos, como fiel, y verdadera pintura, dàn à entender lo docto, y profundo de sus Autores. Soy de entender, y me sobra la razon, se deven dàr las gracias al Curioso, que llevado del zelo ha avivado la luz de tres antorchas, yà apagadas con la nube del silencio. Cicer. pro Mar. Tul.

Mag-



*Magna laus est, & grata hominibus, unum hominem laborare in scientia quae sit multis profectura.* Y mayormente, quando no milita la vanidad, solo llevado del bien público. Ovid. 3. de pont. elog. vlt. *Da veniam scriptis, quorum, non gloria nobis causa; sed officium utilitasque fuit.* Lleve pues el sigilo, sino de Autor, de Restaurador, como nos lo enseña Boecio epist. ad Pontif. Rom. *Huic inscriptioni mihi esse duxi, utque possim, prosum, in eo quod prodesse salus omnium versatur.* Mucho devemos à los que dieron primera luz à esta Obra; pero no menos al que le dà segunda; aquellos dieron las doctrinas, pero este las propaga quando el silencio las tenia sepultadas, dixolo Seneca: *Qui nos praecesserint, non pre repuisse videntur, quae dici possunt, sed aperuisse. Veteres non tam inventa, quam querenda nobis reliquisse.* Y miradas à buena luz todas las circunstancias de esta Segunda Impresion, entiendo, no solo se le deve dàr la licencia tan justaméte merecida, sino las gracias, pues son obras dirigidas en conservacion de la salud publica, que es la prenda mas estimable. Así lo siento, en Zaragoza à 8. de Setiembre año de 1698.

*El Doctor Luys Moneva y Visiedo,*

IMPRIMAT VR.  
Blanco, Regens.

### PROLOGO AL LETOR.

**J**Vzgaràs, (ò amigo Letor) que en esta obra ultimamente impressa has de hallar alguna novedad en que cebàr el gusto, pues Libro nuevo el título, lo trae, y siempre le apetece por el modo de discurrir, asunto de la obra, y el fin à q̄ se dirige; pues no esperes tal, que nada vâ añadido, mas que vn buen zelo, de q̄ envn Tomo tengas, sino toda la Farmaceutica, à lo menos lo mas selecto para perficionar todo Boticario en su Arte, sin que necesite de mas Libros para la composicion de Medicina Galenica: Pues la Farmacopea Valentina està tã admitida, q̄ apenas hallaràs quiera estàr sin ella, dõde se halla lo selecto de la Medicina, peso en las sentencias, nervio en las razones, y propiedad en el uso de los medicamentos; de la Farmaceutica de Francisco Velez, nadie puede negar su utilidad, por ser lo acendrado en las elecciones, en estas la vniversal doctrina, donde mas resplandece, y se conõce el trabajo de su Autor. El Examen de Boticarios por el P. Fr. Estevan de Villa, es tan necessario como el saber, y sin este se tiene poca luz en lo Farmaceutico, pues sin principios nadie puede entender con fundamento, y este Autor los trae con todo acierto, para la buena eleccion, preparacion, y composicion de medicamentos por sus reglas, como lo veràs, y siendo estos tres Libros, como fuente de donde puedes tomar agua suficiente, así para lo Teorico, como lo Practico deste Arte, y aviendo tanta carestia de estos Libros, y ser tan deseados, por la utilidad que de ellos se sigue, esto solo me ha movido, y obligado à hazer segunda Impresion, y ponerlos en vn Tomo, donde hallaràs, en la Valentina, lo selecto de la composicion; en Velez, lo util de las elecciones; en el Examen, principios para ser perfecto Boticario, y las Tarifas para que no ignores los precios: y así hallaràs vn Cuerpo, no digo con tres Almas, sino con mucha Alma. Vale.

*EL IARAVE DE MERCVRIAL SOLVITIVO, ESTA MVT EN VSO, Y POR no traerle la Farmacopea Valentina, y andar su Receta manu escrita, le pongo aqui.*

℞. Succi mercuria. clarific. —————	}añã. lib. iij	Cum sufficienti quantitate aqua fiat decoctio secundum artem ad remanentiam. ————— lib. iij.
Sacari albi, —————		
Coquantur simul ad sirupi consistentiam.		
Tunc, accipe radicuum polipodij quercini. ————— vnc. j.		Cola, & exprime; licorque exprasus ferbeat cum Syrupu supetius parato, addendo in fine, infusionis rosarum alexandrinar. ————— lib. j.
Prunorum damascenorum. ————— num. lx.		
Seminis anisi contusi. ————— pug. I.		
Foliorum Senæ electæ. ————— vnc. iij.		
Trium florum cordialium. ————— añã. pug. j.		Per coquantur ad Syrupi consistentiam, & coletur.





O F F I C I N A  
**MEDICAMENTORVM;**  
 ET METHODVS RECTE EADEM  
 COMPONENDI, CVM VARIJS SCHOLIJS,  
 ac alijs quam plurimis, ipsi operi necessarijs; ex sententia  
 Valentinorum Pharmacopolarum.

TRACTATVS DE SIMPLICIBVS  
 MEDICAMENTIS:



**P**OSTVLAT ratio ordinis, & recepta maxime consuetudo, vt, antequam de omnibus medicamentis, quorum, & in officinis, & apud nostros medicos vsus est frequentissimus, agamus, medicamenta simplicia, cum ea sint, ex quibus alia componuntur, proponamus. Quoniam vero hac nostra tempestate quamplurima medicamenta simplicia, non sine detrimento, desiderantur, quia aut nunquam apparent, aut adulterina sunt, & fictitia, nec legitima, & vera ad nos comportantur, docebimus, quam breuiter, & perspicue licebit, quae recipienda sint, quae exploenda. Id vt maiori securitate, & spe perficiendi faciamus, illud efficit plane, quod quae a nobis tradentur, petita sint ex abditis, & reconditis Medicinæ fontibus, & peritissimis Medicis, quos adiuuimus sapientissime, & diligentissime consulimus, inter quos fuit do-

ctissimus, & celeberrimus Doctor Ioannes Plaça, quem non solum in substitutis Theriacæ Magnæ, & Myrrhidatis, verum etiam in alijs multis secuti sumus. Omnia itaque, vt iam ad rem aggrediamur, simplicia medicamenta, quae seruantur in officinis, ex altera quatuor rerum sumuntur: vel enim de sumuntur ex plantis, vel sunt partes plantarum vel aliquid ab ipsis extractum, quaelia sunt quae sequuntur.

*Primā pars, ex qua desumitur materia medicamentorū simplicium.*

DE FLORIBVS.

**F**lores Rosarum Alexandrinarum.  
 Rosarum rubeorum,  
 Violarum,

*Flores cordiales officinarum.*

Buglossæ,  
 Borraginis.  
 Hi quatuor vltimi flores cardiaci vocantur, ab aliquibus demptis Rosis, tres reliqui accipiuntur.

Flos Rosis marini, Anthos per excellentiam dictus.

Flos Stachadis arabicæ,

A

Stē-



Stachadis citrinæ, Eliocrifon Dio-  
coridis,  
Chamæmeli, à Dioscoride Anthe-  
mis dictus, qualis, ex agro Vige-  
lenfi asportatur,  
Papaveris rubri,  
Genistæ,  
Balauftiæ,  
Meliloti,  
Epithimi,  
Citranguli,  
Cartami,  
Nucum,  
Croci,  
Nimphææ vtriusque.

Observandum est, flores oēs post  
exicationē eorum in vasis vitreis  
multo præstantius servari, v̄ tex-  
perientia demonstrat.

## SERVANTVR FOLIA.

**F**olia Senę,  
Phyllitis, Lingua Cervina dicta  
Asplenij, id est, ceterach, vel  
Scolopendriæ,  
Foliculi Senę,  
Mirthi.

SERUANTUR HERBÆ  
integræ.

**M**elissa,  
Origanum,  
Polium,  
Pulegium,  
Abrotanum mas,  
Abrotanum fœmina,  
Nepeta, quæ secunda species cala-  
minthæ est,  
Calamintha prima,  
Thimbra, id est, satureia,  
Scordium,  
Chamædrijs,  
Betonica,  
Thymus,  
Centaurium minus,  
Iua arthetica,  
Iua moschata,  
Salvia.

**O**bservandum est, circa has plâ-  
tas, & circa reliquas, quibus  
quotidie vtuntur medici, vt  
si sint ex genere illarum, quæ,

dum adultæ factæ sunt, degenerant  
à sua natura, eo tempore peritus Aro-  
matarius, tum etiã prudentissi-  
mus Medicus abstinere se ab illa-  
rum vsu. Nam lactuca, intybus, son-  
chus, & similes plantæ, ijs, dum te-  
nerrimæ sunt, & antequam caulem  
educant, qualitatem frigidam obti-  
nent, à qua degenerant, dum cau-  
lem emittunt: & præcipue dum flo-  
rent, vel sementescunt. Nam tunc  
abundant maxima lactis quantitate,  
& calidiores sunt: quod ex sapore  
amaro deprehenditur. Hoc non ac-  
cidit in alijs quam plurimis plantis.  
Borrago enim, & buglossa, fuma-  
ria, & in numeræ aliæ, sunt optimæ,  
& integris viribus constitutæ dum  
florēt, & præcipue dum semine preg-  
nantes sunt, dummodo adhuc ex ip-  
sis humiditas extrahi possit. Nam  
sunt, & aliæ plantæ, quæ postquam  
caulem emiserunt, adeo sunt exluc-  
cæ, vt ex ipsis nulla humida substan-  
tia possit extrahi. Ac proinde hæ  
plantæ accipiendæ sunt, antequam  
in caulem veniant. Illæ vero plantæ,  
quæ non emittunt caulem, nec flo-  
rent, nec sementescunt, eo tempore  
sunt præstantiores, quo folia habent  
maiora, & virentiora. Huius generis  
sunt.

**C**eterach,  
Adiantum album, capillus  
Veneris dictum Adiantum  
nigrū, à Dioscoride tricho-  
manes, vel politrichon appellatū,  
Phyllitis,  
Hepatica,  
Hemionitis.

Et hæ plantæ vocantur capillares;  
Hæ vero aliæ, quæ secuntur, emol-  
lientes dicuntur.

Malva,  
Althæa,  
Viola.  
Acanthus, id est, branca vrsina,  
Beta.

Quo tem-  
pore præ-  
stantiores  
sunt her-  
bæ, ad v-  
sum me-  
dicum.

Herbæ  
Capilla-  
res.

Herbæ  
Emolien-  
tes.



**E**ST etiam observandum, quasdam esse plantas, in quarum folijs existentibus humidioribus reperitur ipsarum facultas. Hinc Galenus ex quarto acutorum dum recipit Pralsium addit viride esse accipiendum: in Pralsio enim recenti, & viridi quaedam substantia lenta reperitur apta, & accommodata thoracis affectibus; quæ per exiccationem deperditur; & sic in Piliulis de Agarico semper viride apponimus.

*Pralsium viride, potest non esse in medicinis.*

*Ruta medicata diocritice sicca utenda in ariditate.*

Alia vero sunt plantæ vegetiores excercantes actiones assumpta ipsarum humiditate, ut fere reliquæ omnes sunt. Sed sunt & alia, (cuius generis est ruta) ex quibus humiditas excrementitia est absumenda, ut flatus valeant discutere, non sunt vero compositioni iniicienda exiccata. Nam tunc acriores redduntur. Hinc Galenus præcipit quarto sanitatis tuendæ, rutam accipiendam esse recentem, ex qua prius, & ante usum humiditas excrementitia absumatur. Quod autem verum sit in quibusdam plantis sitam esse facultatem in substantia humida, in alijs vero in substantia sicca, certo demonstrant Rosarum flores, & violarum. Nam, cum amara, dum recentes sunt, habeant facultatem refrigerandi, licet viola humida sit, rosa vero sicca, post horum vero florum exiccationem frigidior evadit rosa; quoniam in substantia terrena magis pollet frigiditas, quam in humida substantia. Contra viola, dum exiccata est, minus frigida evadit: hinc Mesues maximus indagator veritatis affirmat violas recentes purgare lubricando, exiccatas vero attrahendo: ad attractionem vero oportet in medicamentis reperiri calorem, ut ab alijs purgationis speciebus distinguantur medicamenta quæ purgant attrahendo. Nam apud Arabes quatuor modis purgantur medicamenta purgantia, attrahendo, & lubricando. Non quod negent

omnia purgare attrahendo; nam que comprimendo, leniendo, & lubricando, purgant, etiam attrahunt, quoniam peculiarem, & distinctum humorem evacuant; vocantur tamen his nominibus à præpollente in ipsa facultate.

*Quot modis dicantur purgare medicamenta.*

## FRUCTUS, QUI SERVANTUR IN OFFICINIS, SUNT, QUI SECUNTO.

- Colocynthis,
- Iuiuba,
- Ficus,
- Prunæ,
- Vvæ passæ,
- Anacardi,
- Amygdalæ dulces,
- Amygdalæ amaræ,
- Fructus pini,
- Fructus fistici,
- Gallæ,
- Lupini,
- Myrobalani citrini,
- Myrobalani chebuli,
- Myrobalani indi,
- Myrobalani emblici,
- Myrobalani bellirici.

**C**irca fructus hoc est observandum, si fructus sint aliqua maligna facultate, & singulares reperiantur in aliqua planta, sunt omnino fugiendi; quoniam in unum coniuncta est malignitas plantæ.

*Ut Mesues de colocynthis, eius propria est asperitas.*

Secundo est observandum à medicis describi fructus per numeros, ut accipe passularum paria decem; sed si fructus habent aliquam facultatem vehementissimam, vel facultatem purgandi, præstantius erit certam quantitatem describere quam numerum, ut videre est in colocynthide, myrobalanis, & similibus; cum præsertim non omnes, licet ab eadem arbore geniti, sint æqualis molis, & magnitudinis.

*Præstantius est ex fructibus certam quantitatem describere, quam numerum.*

Ultimo est observandum, semper esse

*Quo pacto puri*



# De Simplicibus.

4

lebeo fr  
Aus in me  
licinis.

esse describendos fructus, abiectis  
ofibus, & corticibus, licet aliqui  
sint, qui & osse, & cortice carent, vt  
sunt, qui maxime accedunt ad se-  
minis naturam, vt cicera, lupini, &  
similes fructus, qui etiam inter semi-  
na possunt connumerari.

## SPECIES GUMMI, quæ servantur in of- ficinis.

- Gummi ce raci,
- Gummi arabicum,
- Tragacanthum,
- Styrax calamita,
- Galbanum,
- Serapinum,
- Ammoniacum,
- Opopanax,
- Gummi hereda,
- Gummi elemi,
- Gummi olivæ,
- Bdelium,
- Myrrha,
- Tacamaca,
- Carannia.

Gummi  
absolute.

Circa gummi illud est observan-  
dum; quotiescunque in aliqua sche-  
dula inveniat gummi absolute ara-  
bicum intelligatur; sic Galenus se-  
cundo de compositione per genera.

Empla-  
strum de  
quatuor  
gummiis.

Deinde etiam illud; dum à medi-  
cis describitur simpliciter. ꝛ. Em-  
plastrum de quatuor gummiis intel-  
ligere pharmacopolas, ammoniacū,  
opopanax, serapinum, & galba-  
num. Quæ quatuor gummi perpetuo  
dissoluntur aceto, vt separentur lig-  
na à substantia gummosa, & vt te-  
nuitas ipsis addatur, vel si non addi-  
tur, saltem ab ipsis non deperdatur;  
vt contingit, si dissolvantur prædicta  
gummi cum alio liquore.

## RESINÆ, QUÆ servantur in offi- cinis.

- Resina mastichina;
- Resina pini.

Resina iuniperi, & vocatur San-  
daracha arabum, res longe diversa  
à Sandaracha grecorum.  
Beniudaicum,  
Balsamum.

Illud quoque est observandum, Quo mō-  
do dissol-  
vantur re-  
sina.  
Resinas omnes cū substantiam olea-  
ginosam obtinent, non in aqueo li-  
quore, sed perpetuo in re oleagino-  
sa dissolvi.

Sed dantur quædam gummi gena-  
ra, quæ mediam obtinent naturam  
inter Resinas, & gummi, vt Myrrha,  
thus, quæ magis accedunt ad oleagi-  
neam naturam, quam aqueam, licet  
non dissolvantur omnino, neque in  
oleo, neque in aqua, propter diver-  
sas substantiæ partes.

## SEMINA, QUÆ SER- vantur in nostris officinis.

- Semen Cucumeris,
  - Semen Citruli,
  - Semen Cucurbitæ.
  - Semen melonis.
- Quatuor  
seminafri-  
gida ma-  
iora.

Quæ semina frigida maiora vocā-  
tur, & hoc nomine descripta in ali-  
qua Scheda à pharmacopolis intel-  
liguntur; quod si describatur ad pa-  
randa decocta, addendum est.

ꝛ. Quatuor seminum maiorum fri-  
gidorum contusorum; si vero scri-  
bantur ad paranda electuaria, Cata-  
potia: ad pulveres parando, ad tro-  
chiscos, & ad aliud eius generis, ita  
sunt describenda. ꝛ. Quatuor semina  
maiora mundata.

- Semen endiviæ,
  - Cichorij,
  - Lactucæ,
  - Portulacæ.
- Quatuor  
seminafri-  
gida mi-  
nora.

Et hæc, quatuor semina frigida  
minora dicuntur; ab aliquibus tamē

loco



# De Simplicibus.

loco feminis cichorij semen Plantaginis additur, & favet ipsis ratio; quoniam cichorij intybi species est

Quatuor  
femina ca-  
lida maio-  
ra.

Semen cumini,  
Carui.  
Anisi,  
Fœniculi.

Hæc dicuntur quatuor femina calida maiora.

Quatuor  
femina ca-  
lida mino-  
ra.

Semen Ammeos,  
Semen Amomi,  
Semen Petroselinii,  
Semen Dauci.

Hæc vocantur quatuor femina calida minora.

Semen Pœoniæ,  
Semen Agnicasti,  
Semen Levistici,  
Semen Cytoniorum,  
Semen Eruca,  
Semen Harnel, id est, semen Rutæ sylvestris,  
Semen Nigellæ, vel Melanthii,  
Semen Fumiterræ,  
Semen Malvarum,

Semen  
Rosarum  
quid.

Semen Rosarum, non intelligas croceam illam substantiam, sed ossicula accipies contenta intra calicem eorundem rosarum, dum sponte decidunt flores,

Semen Acetosæ,  
Semen Milij,  
Semen Coriandri præparati,  
Semen Coriandri,  
Semen Carui sylvestris,  
Semen Asparagi,

Semen Brusci,  
Semen Ocymi,  
Semen Petroselinii macedonici,  
Semen Cubebæ,  
Semen Balsami,

Semen Fœnugræci,  
Semen Fraxini, vel linguæ avis,  
Semen Cardamomi,  
Semen Lini,  
Semen Lapathi,

Semen Cuscutæ,  
Semen Iulchiami,  
Semen Budægæis,  
Semen Althææ,  
Semen Milij solis,

Semen Sabinæ,  
Semen Hederæ,  
Semen Staphisagriæ,  
Semen Raphani,  
Semen Vrticæ,  
Semen Nasturcij,  
Semen Cartami,  
Semen Lupinorum,  
Semen Sumach,  
Semen Cataputiæ,  
Semen Psyllij,  
Semen Sinapi,  
Semen Thlaspi,

Semen puerorum est, quid aggregatum ex varijs seminibus; ex semine scilicet, vrtice, & nasturcij, añ. partes sex, feminis Psyllij, & milij, añ. partes duas feminis Sinapis, partem vnam.  
Semen Rutæ,  
Semen Alexandrinum, quod semen species est Absinthij, optimum medicamentum ad vermes necandos.

Semen  
puerorum  
quid.

## RADICES, QUÆ SERVANTUR IN OFFICINIS.

**R**adix Serpentariæ,  
Radix Enulæ campanæ,  
Radix Pentaphilli,  
Radix Althææ,  
Radix Pedis columbini, quæ Anchusæ species est,  
Radix Valerianæ,  
Radix Gentianæ,  
Radix Arzollæ,  
Radix Ellebori albi,  
Radix Ellebori nigri,  
Radix Doronici,  
Radix Pœoniæ,  
Radix Cyperi,  
Radix Cielamini,  
Radix Rubiæ tinctorum,  
Radix Bistortæ,  
Radix Filicis,  
Radix Sigilli beatæ Mariæ,  
Radix Dictamni,  
Radix Scrophulariæ,  
Radix Esulæ, id est, Alsebram Mæsues,  
Radix Turbit.

Ra



Radix Thapsiæ;  
 Radix Mandragoræ,  
 Radix Ben albi,  
 Radix Ben rubri,  
 Radix Aristolochiæ rotundæ,  
 Radix Aristolochiæ longæ,  
 Radix Saxifragiæ,  
 Radix Philipendulæ,  
 Radix Carlinæ,  
 Radix Capparis,  
 Radix Polypodij,  
 Radix Tormentillæ,  
 Radix Hermodactylorum,  
 Radix Visci quercini,

*Viscum quercinum inter radices connumeramus propter effugiam radicis quam obtinet.*

Radix Costi,  
 Radix Calami aromatici,  
 Radix Ononidis,  
 Radix Iridis,  
 Radix Rhabarbari,  
 Radix Rhapontici,  
 Radix Galangæ,  
 Radix Zedoariæ.

Circa Radices illud est observandum, non nullas esse purgantes, ut sunt utriusque Ellebori, Cyclaminis, Esulæ, Turbit, Polipodij, Thapsiæ, Hermodactylorum, Rhabarbari, & Rhapontici.

Secundo est observandum, ex aliquibus radicibus optimam partem esse cortices, inter quas sunt, utriusque Ellebori, Capparis, Diostami, Esulæ, Turbit, Thapsiæ, Mandragoræ.

Reliquæ radices prædictæ simul cum medulla, integræ in usum veniunt; quoniam tamen aliquando radices recentes describuntur ad paranda decocta, observandum est, an cortex, & medulla sint eiusdem naturæ, nec ne; si sint eiusdem naturæ; integræ sunt inieciendæ, contusæ tamen: Quod si diversæ naturæ sint, cortex tantum est accipiendus. In omnibus tamen radicibus ad quancunque compositionem, extrahenda est cuticula, tanquam res excrementitia.

(?X?)

## CORTICES, ET LIGNA, quæ servantur in officinis.

**L**ignum Sanctum,  
 Santalum rubrum,  
 Santalum album.

Santalum citrinum, sed nostris temporibus desideratur, & loco eius ex albo, & rubro portiones æquales sumimus. *Santalum citrini loco quid pendendum.*

Cortex Ligni indici,  
 Casia Lignea,  
 Cinnamomum,  
 Casia fistula.

Circa Casiam vero est observandum, quotiescunque in descriptionibus Græcorum antiquorum invenitis Casiam fistulam, pro ea, tanquam si res eadem, accipiendam esse nostram canellam. Si vero apud Arabes, Latinos, & Græcos recentiores, inveniatur descripta Casia fistula, tunc accipienda est tanquam res eadem, Casia nigra; medicamentum scilicet purgans bilem, quod medicamentum Græcæ antiquitati ignotum fuit; notissimum tamen recentioribus Græcis, Arabibus, & Latinis. *Casia fistula antiquorum & recentiorum quid.*

Quando vero in quibuscunque Schedulis Græcis antiquis, & recentioribus Latinis, vel Arabibus invenitur absolute hoc nomē Casia, semper intelligitur nostra canella, quod medicamentum à Galeno libris de Antidotis, in dupla quâtitate pro Cinnamomo substituitur. Revera tamē de ceptus fuit Galenus. Nam nunquā reperit Casiam à natura, ut Garcia ab Orta medicus Lusitanus dilucide illud ostendit, & sic officinæ nostræ pro Cinnamomo, seni loco Casia, & Darfeno canellam optimam in æquali portione accipiunt. *Casia absolute.*

SVC.



# De Simplicibus.

## SVCCI, QUI SERVANTUR in officinis.

**Q**uidam succi servantur in forma solida, quidam vero in forma liquida; qui in forma solida parantur, ingrediuntur medicamenta dicta confectiones, Trochiscos, Catapotia, id est Pilulas: qui vero parantur in forma liquida, ad Syrupos parandos, vel Apozemata servantur.

## SVCCI SOLIDI sunt, qui sequuntur.

**S**uccus Absinthij,  
Succus Eupatorij,  
Succus Liquiritiæ,  
Succus Acaciæ,  
Succus Hypocistidis,  
Succus Ladani,

*Eupatorij loco quid jumentum sit.*

Eupatorij succus, vel ipsum Eupatorium herba invenitur in Schedulis Arabicis, tum etiam in Græcis descriptionibus. In descriptionibus autem Græcorum, succus Agrimonix est accipiendus. Agrimonium enim, verum Græcorum Eupatorium est; de Eupatorio vero Arabum, est maxime controversum. Nam alij affirmant esse Ageratum, alij Conyza speciem, alij Cannabim sylvestrem: Sed consensu omnium nostrorum medicorum, non aberrabit, qui in Arabicis Schedulis accipiet. Absinthij, vel eius succi, & Alari: Singulorum medietatem ponderis Eupatorij: cū Mesues capite de Eupatorio affirmet hæc medicamenta esse accipienda in defectu Eupatorij.

## SVCCI LIQUIDI sunt, qui sequuntur.

**S**uccus Borruginis,  
Succus Buglossæ,  
Succus Rosarum rubearum,

Succus Rosarum Alexandrinarum,  
Succus de acetositate Limonum,  
Succus ex acetositate Citri,  
Succus fructus Myrti,  
Succus Pomorum redolentium,  
Succus Apij,  
Succus Cydoniorum,  
Succus Endiviæ,  
Succus Agrestæ,  
Succus Granatorum dulcium,  
Succus Granatorum acetosorum,  
Succus Granatorum mazorum,  
Succus Fumiterræ,  
Succus Lupulorum.

## INFUSIONES SERVATAE in nostris officinis.

**I**nfusio Rosarum Alexandrinarum,  
ex 9. infusionibus.  
Infusio Rosarum rubearum,  
Infusio Violarum.

**S**ervantur prædicti succi liquidi, & infusiones effusis aliquot olei guttis, supra succos, vel infusiones, vel cera liquefacta, & effusa, ne tamen succi, vel infusiones contrahant aliquam olei facultatem, vel odorem; oleum sic ex amigdalibus dulcibus extractum.

*Succos & infusiones servandi ratio.*

## DIFFERENTIÆ Aceti Servatae in officinis.

Acetum Rosarum,  
Acetum Scillinum.  
Illud observandum est in Aceto Rosato, ex rosis, scilicet siccis esse parandum; quia maiorem frigiditatem obtinebit.  
Acetum Scillinum quale à Mesue paratur.

## AQVÆ, QVÆ SERVANTUR in officinis.

Aquæ



**A**qua Rosarum rubearum,  
 Aqua Rosarū Alexandrinarū,  
 Aqua Copulorum rosarum,  
 Aqua Borriginis;  
 Aqua Buglossę,  
 Aqua Fœniculi,  
 Aqua Radicis graminis;  
 Aqua Cichorij,  
 Aqua Viperina, id est, Scurfonerę;  
 Aqua Guindarum,  
 Aqua Roris marini,  
 Aqua Thymi,  
 Aqua quinque radicum aperitivarū,  
 Aqua Lupulorum,  
 Aqua Stercoris bovis,  
 Aqua Cicerum Imperialium,  
 Aqua Fumiterrę,  
 Aqua florum Citranguli, id est, Aqua  
 Naphę,  
 Aqua Menthę,  
 Aqua Sorborum,  
 Aqua Stœchadis,  
 Aqua Capillorum veneris;  
 Aqua Papaveris rubri,  
 Aqua Plantaginis,  
 Aqua Portulacę,  
 Aqua Cydoniorum,  
 Aqua Scordij,  
 Aqua Scabiosę,  
 Aqua Endivię,  
 Aqua nenupharis,  
 Aqua Melissę,  
 Aqua Fabarum,  
 Aqua Pastinacę,  
 Aqua Eruce marinę;  
 Aqua milij Solis,  
 Aqua Cretę marinę,  
 Aqua Curcubitę,  
 Aqua Cumeris,  
 Aqua Citrulli,  
 Aqua Melonis.

In Aquis distillatis illud observan-  
 dum est; si distillentur, in vasis ter-  
 reis præstantiores aque fiunt, quam  
 in alambicis factis ex plumbo, & cre.  
 Nam ex metallis semper aliquam  
 qualitatem assumunt, & cum metal-  
 la semper repugnent nature  
 nostrę, proinde laudantur  
 vasa terrea.

\*\*\*

**SECUNDA RES, EX  
 qua desumuntur Medi-  
 camenta simplicia.**

**S**ecunda res, quę est materia me-  
 dicamentorum simplicium, sunt  
 animalia, quę aliquando inte-  
 gra veniunt ad compositionem,  
 aliquando illorum partes. Quę in-  
 tegra veniunt ad compositiones sunt;

Lubrici,  
 Scorpiones,  
 Viperę,  
 Ranę,  
 Vulpes,  
 Serpentes;

Quę eadem animalia, aliquando  
 aduc viventia præparantur, ad varios  
 usus; hinc ad calculos in renibus exi-  
 stentes comminuendos accipimus  
 sanguinem hirci; prius tamen præ-  
 paramus hircum viventem, dum ip-  
 sum nutrimus herbis, & plantis, quę  
 habeant facultatem comminuendi  
 lapides, vim scilicet incidendi, &  
 attenuandi; vt sunt Selinum, Saxi-  
 fraga, Apium, Asparagus, Milium  
 Solis, & similes plantę. Et præterea  
 aquis harum plantarum per distilla-  
 tionem extractis, vel vino albo ge-  
 nerofo potamus ipsum hircum; dein-  
 de iugaloto hirco vtimur, sanguine,  
 non primo, nec ultimo, sed medio  
 exiccato ad prædictum effectum. Ma-  
 theus etiam de Gradi nutriebat pul-  
 las carnibus viperarum pane subac-  
 tis vsque ad desplumationem, dein-  
 de nutriebat elephanticos carne pul-  
 larum sic præparata. Et nostri medi-  
 ci quotidie exhibent hecticis pullo-  
 rum, & pullarum carnes, dum prius  
 per aliquot dies sint pulli nutriti pa-  
 ne lacte subacto; & hæc præparatio  
 vocatur, in re viventi facta. Eadem  
 prorsus ratione, possunt fructus, Plā-  
 tę præparari adhuc viventes, nam  
 vulnerata arbore, & in misso in pla-

*Secunda  
 pars, ex  
 qua de si-  
 mitur ma-  
 teria me-  
 dicamen-  
 torū sim-  
 plicium.*

*Præpa-  
 ratur ali-  
 quādo ani-  
 malia vi-  
 ventia ad  
 huc ad us-  
 sum medi-  
 cum.*

*Præpa-  
 ratur fru-  
 ctus, &  
 plantę vi-  
 ventis.*



# De Simplicibus.

gis Scammoniō, & circumdato cera, fructus illius arboris evadunt inde purgantes. Vivente etiam radícula, id est, raphani radice, & in misso Eleboro factis foraminibus, valet deinde Radix raphani ad purgandum.

## PARTES ANIMALIUM, quae servantur in officinis.

**S**ervantur etiã in officinis partes animalium, vt epar Lupi ad Athanasiam magnam Mesues parandam, Pulmo etiam vulpis, ad loch de pulmone Vulpis ipsius Mesues parandum; præparantur autem ad eorum conservationem, hac ratione abluuntur cum vino albo tepido, deinde insperguntur pulvere Santali citrini, & tandem absinthio in voluntur.

*Pulmo Vulpis, et epar Lupi quae ratione præparantur.*

Servantur & varia excrementa animalium, vt Stercus Lupi, Stercus Canis, Stercus Lacerti.

*Zibetum quid.* Tumetiam servatur odoramentum illud, quod vocatur Zibetum, sive Algaliã, & fit inter inguina, testiculosque cuiusdam animalis, maioris duplo cato domestico.

*Moschus quid.* Servatur quoque Moschus, qui excrementum est, cuiusdam animalis, Gazella nomine, vnico armati cornu, pregandi corpore, similis capre, circa eius vmbilicum veluti in tumorem quandam concretum.

## MEDULLÆ SERVANTUR in officinis.

**M**edula Ossium cruris bovis,  
Medulla Ossium cruris vaccae,  
Medulla Ossium cruris vituli,  
Medulla Ossium cruris Cervi.

## PINGVEDINES;

*Axungia, & Seva, quae servantur in officinis.*

**S**evum Vaccinum,  
Sevum Bovinum,  
Sevum Leoninum,  
Sevum Vrsinum,

Pinguedo Hominis,  
Pinguedo Aquilæ,  
Pinguedo Texonis,  
Pinguedo Porci,  
Axungia Serpentis,  
Axungia Lupi,  
Axungia Anatis,  
Axungia Anseris,  
Axungia Vulturis,  
Axungia Gallinæ,  
Axungia Hirci,  
Axungia Vulpis,  
Axungia Cuniculi,  
Axungia Equi,  
Axungia Viperæ,  
Axungia Cati,

Modus præparationis horum omnium, ad conservationem, is est; optime abluuntur; linteo terguntur, per aliquot dies aeri exponuntur, & charo insperguntur; & etiam si diluantur, & parum Sacchari immittantur, optime, & sine periculo servantur.

*Axungia, et pinguedines conservandi modus.*

## OSSA, QUÆ SERVANTUR in nostris officinis.

**E**BVR combustum, quod Os, pro spodio accipiunt officinaria.  
Os crurum bovis, combustum,  
Os cornu Cervi,  
Os Cranij combustum.

Sed prædicta ossa abluenda sunt post



Ossa qua post combustionem eorum, vt Em-  
ratione p- pyreuma ab igne cōtractum separe-  
r. aparen- tur; aliquando tamen, vt imur ossi-  
tur. bus non combūstis, sed in scobem red-  
datis, vt osse cornu Cervi, cuius  
scobem vocant rasuram, vt imur etiā  
rasura Eboris.

**AVRICVLÆ SER-  
vata in officinis.**

**A** Vricula animalis Cervi, ad pul-  
verem contra spasmus.

**CEREBELLA, QVI-  
bus utuntur officina.**

**C**erebella passerum, præsertim ad  
dia Satyrion alterum Mesue.

**FEL, QVO VTIMVR  
in officinis.**

**F**EL Vaccinum, ad Unguentum de  
Arthanita Mesues.

**TERTIA RES, EX  
qua sumuntur medica-  
menta simplicia.**

*Tertia  
pars, ex  
qua desu-  
mitur ma-  
teria me-  
dicamen-  
torum sim-  
plicium.*

**D**esumuntur tertio medica-  
menta simplicia ex metallis,  
quorum nomine fossilia etiā  
intelligimus, tum etiam, & lapides,  
vt sunt quæ sequuntur.

- Alumen Plumeum,
- Alumen Roca,
- Nitreum,
- Chalcitis,
- Chalcanthum,
- Sory,
- Mity,
- Melanteria,
- Sulphur,

**LAPIDES SVNT,  
qui sequuntur.**

- H** Yacinthus,
- Smaragdus,
- Saphirus,
- Rubinus,
- Margarite, seu vniones,
- Corallium rubrum,
- Corallium album,
- Amethystus,
- Gagates,
- CrySTALLUS,
- Topazius,
- Sardonius,
- Granatus.

**TERRÆ SVNT  
ha.**

- T**erra Lemnia, ex insula Lem-  
no,
- Bolus Armenia,
- Terra Salmanticæ,
- Terra Cimolia.

Sunt & alia, quæ lapidosam na-  
turam referunt, vt sunt quæ in for-  
nacibus, & extra fornaces generantur,

- Spodium Græcorum,
- Cadmia,
- Sandyx,
- Aes,
- Cerussa,
- Flos Aeris,
- Lithargyrium,
- Minium.

Quæ licet humano artificio paren-  
tur, cum fiant ex metallica substan-  
tia, pertinent ad hoc tertium genus.

**QVARTA RES, EX  
qua desumuntur medica-  
menta simplicia.**

Quar



Quarta  
pars, ex  
qua sumi  
tur mate  
ria simpli  
cium me-  
dicamen-  
torum.

**Q**uarta res, ex qua fumuntur  
medicamenta simplicia sunt  
Metheora, vt;

Manna Arabum, medicamentum,  
scilicet, purgans, res longe diversa  
à Manna Grecorum.

Aqua pluvialis, ad dia Codion Ga-  
leni.

Nix ad ceratum Galeni refrige-  
randum.

Denique sunt & alia, quæ genus  
diversum videntur constitucere, vt;  
Asphaltus, idest, bitumen Iudaicū,  
Ambra.

Quæ cum circa terram colligan-  
tur, ad tertium genus possunt etiam  
reduci.

Atque hæc dicta sint de simplici-  
bus medicamentis, & de illorum ma-  
teria; modo de compositis agamus.

## DE COMPOSITIS MEDICAMENTIS.



**I**N tradendis medica-  
mentis compositis à  
simplicioribus exor-  
diendum est; & quam  
vis aliqua sint, quæ,  
licet, non accipiunt  
permixtionem aliorum medica-  
mentorum, quoniam tamen arte paran-  
tur, proinde inter composita repo-  
nuntur.

### DE DIFFERENTIIS

#### ROB.

Rob dif-  
finitio.

**P**RIMA horum medicamento-  
rum forma, quæ sese offert,  
est Rob, sive Sapa. Cuius for-  
mæ medicamenti notio hæc  
est. Succus, scilicet, ignis calore in-  
crassatus, liquidiorum consistentiam  
obtinens melle mediocri substantiæ

Tres huius medicamenti diffe-  
rentiæ servantur in officinis, scilicet,  
Rob mororum, Rob cydoniorum,  
Rob vini, & de hoc ultimo dum abs-  
que addito describitur, Sapam intel-  
ligimus.

Rob ab-  
solute.

### DE ROB VINI.

**R**OB vini aliquando ingredi-  
tur medicameta composita,  
& præcipue cataplasmata, vt  
simul cum farinis vices gerat mate-

ria; aliquando vero præter rationem  
materiæ, rationem etiam habet me-  
dicamenti; vt ad parandum dia Co-  
dion Galeni ex capitibus papaveris  
nigri, ex solo decocto papaverum, &  
ex Sapa vini fit medicamentum in  
formam linctus, vel elegmatis; in  
quo medicamento Sapa præterquam  
quod præbet materiam, valet etiam  
cohibere fluxiones sua astringione, id  
est, suo modo substantiæ, & distilla-  
tiones acres, & mordaces temperat  
humiditate, quod non fit in dia Co-  
dione, quod habet pro materia Mel.

Sape usus

### DE ROB MORORVM

**F**IT Rob mororum ex solo suc-  
co mororum; nam dia Moró,  
quod à Mesue paratur, maxi-  
me distinctum est à Rob mororum,  
de quo nunc agimus. Utuntur Rob mo-  
rorum medici, cum decocto hordei, &  
plantaginis, ad anginas in principio:  
habet enim insignem repellendi fa-  
cultatem cum tenuitate substantiæ.

Rob moro-  
rorum, &  
dia moró  
maxime  
distingua-  
tur.

### DE ROB CYDO-

niorum.

**R**OB Cydoniorum utuntur me-  
dici ad cohibendas immodi-  
cas fluxiones ventris: Robo-  
rat enim, ac refrigerat ventriculum.

Bz

DE



# DE IVLEPIS, SYRVPIS, MELLICRATO ET HYDROMELLE.



**L**ORMA medicamentorum, dicta Iulepus; habet pro materia Saccharum, vel penidias, vel vtrumque simul. Fit ex infusione florum, vt rosarum, vel violarum, vel herbarum tenuis substantiæ, vt ex Adianto, licet ex his parati Iulepi aliquando, imo frequentissime nomine Syrupi circumscribantur.

Paratur etiam Iulepus ex aqua distillatitia; & sic paratus nomen Iulepus semper retinet.

*Iulepus, & Syrupus in quo differunt.* Differt Iulepus à Syrupo non coctione; nam vterque eandem coctionem recipit; sed rebus, ex quibus componuntur, propter tenuiorem substantiam, quæ reperitur in Iulepo, cum paratur, vt dictum est ex aqua distillatitia, aut ex florum, vel herbarum tenuis substantiæ infusione; ac proinde, licet, Iulepus, atque Syrupi vna, & eadem coctione coquantur, tamen propter tenuitatem substantiæ rerum, quibus constat, Iulepi minus cocti videntur.

*Forma que danda est Iulepo.* Hæc forma medicamenti hanc habet substantiam, vt scilicet, iniecta gutta supra lapidem non dilabatur, & ægre etiam effusa aqua; & si aliqua portio iniiciatur in aliquod vas, licet, hæc, vel illuc libenter feratur, maximum tamen vestigium remanet in vase.

## IVLEPVS ROSA-

*rum.*

**I**N nostris officinis servatur ex aqua distillatitia, vna tantum differentia Iulepus, & vocatur

Iulepus rosarum; traditur à Mesue in Antidotario hac ratione.

**R.** Aquæ rosarum, lib. iij.  
Sacchari. lib. ij.

Coquantur ad consistentiam dictam; in eius coctione defecandum est Saccharum ab excrementitia substantia albumine ovi: vt modo explicavimus.

## SCHOLIA IN Syrupos.

**C**onsuetudo antiquissima est, Syrupos, qui ex Saccharo conficiuntur, clarificari albumine ovi, posito per intervalla, dum Syrupus coquitur; & hoc modo multi magni nominis auctores hunc modum clarificandi præstantiorem esse arbitrati sunt, inter quos fuit Iacobus Sylvius in sua Pharmacopea. Qui modus quamvis satis aptus sit, est tamen alius clarificandi Syrupos melior, & facilior; vt sæpe experientia docuit. Est autem modus hic. Accipitur ovi albumen, & ponitur in vase, in quo Syrupus coqui debet cum exigua quantitate aquæ, & cocleari agitatur; deinde immittitur Saccharum cum succis, infusionibus, aut decoctis; & in primo fervore totum excrementum tendit sursum, & multum clari Syrupi redduntur. Nam quando per intervalla spuma imponitur, dum coquitur Syrupus, non patitur ferbor, vt albumen ovi deorsum tendat ad educenda excrementa; & sic præstantissimus est hic modus clarificandi Syrupos ex Saccharo.

*Syrupi clarificandi modus.*

Ad



Ad expurgandum vero mel, sufficit aqua pura per intervalla iniecta, dum Syrupus ex melle paratus fervet: & tanta est immittenda quo ad usque spuma ipsa, quæ ex fervore crescit, candida extrahatur.

Syrupi, qui ex re acida parantur, non admodum indigent ad expurgandum Saccharum ovi albuminis, quales sunt Syrupus de acetositate Citri de Agresta, de acetositate Limonum, & similes ijs. Nam quod albumen ovi in alijs facit, in his substantia acida præstat.

Aestate Syrupi magis coquendi sunt, quam hyeme; ne calore extremo facile corrumpantur. Qui ex melle parantur, minore egent coctione, quam qui ex Saccharo fiunt. Nam qui ex melle componuntur, minus corrumpi solent, magisque à putredine præservantur.

Syrupi, qui ex aceto, vel alijs acidis succis parantur, in Aëris vasis coqui non debent; solent enim acida omnia, quale acetum est, sua partium tenuitate, quam habent, ex ære ipso quandam qualitatem pravam, & veluti venenosam accipere.

Syrupi, quo diutius durare debent, eo in coctione, ad crassiorem substantiam sunt recendi.

Licet succi, & infusiones, ex quibus Syrupi parandi sunt, ad tempus aliquod servari possint, tamen multo profecto melius feceris, si succos recentem expressos, & infusiones recentes etiam, ad Syrupos efficiendos assumes; sic enim & maiorem Syrupi quantitatem habebis, & perfectiorem Syrupum educes, integris, scilicet, succorum, vel infusionum viribus, quæ plane tempore ipso comminuantur, & deperduntur.

Syrupis aliquibus, postquam repositi sunt, solet fœdus mucor (vulgo floridura, vel moho) supervenire, præsertim ijs, qui non ita prompte impendantur; ut sunt Syrupus de papavere, de Rosis siccis, de corticibus Citri, & alijs huius generis. Quod

certe vitium ne fiat, facile præcavebis, si hos Syrupos ad quinque, vel sex dies simul quotidie manu amphoram apprehendens, concasseris, & agitaveris. Causa, cur fœdus mucor generatur, si amphora non agitur, est; quia substantia mucosa, quæ in ipsis Syrupis reperitur, separatur à substantia saccharosa, & tendit sursum; hinc fit, ut illud vitium contrahatur.

Syrupi componuntur ex succis vel decoctis, vel ex utrisque cum Saccharo, ac melle, aut penidijs; aut cum utroque horum; & licet non differant coctione à Iulepis, nihilominus quoniam decocta & succi crassiorem habent substantiam infusis; & aquis distillatis, proinde Syrupi videntur magis costi. Nam ex omnibus medicamentis liquidis, aquæ distillatæ tenuiorem habent substantiam, & fluxibiliorem; deinde sequuntur infusiones; infusiones sequuntur succi; succos decocta sequuntur, & ex decoctis, & succis ut dictum est, parantur Syrupi, ac proinde huius medicamenti formæ hæc est notio.

Syrupus est, decoctum, vel succus, vel utrumque simul Saccharatum, vel mellitum.

Inter Syrupos vero illi, qui exhibentur ad expectorandum, longioribus rem debent obtinere coctionem; ut inde crassiores redditi, facile adhe-reant trachææ arteriæ; atque ita in transitum non dilabuntur.

## DE SYRUPIS VIOLARUM.

Inter omnes Syrupos maxime simplex est Syrupus violarum, quo utuntur medici ad compescendum bilis fervorem exhibitio solo in minima quantitate, pueris in quantitate unciæ unius, viris usque ad uncias tres.

Debet parari hic Syrupus, ut traditur à Masue capite de infusione rosarum, & violarum in Antidotario hac ratione.

*Syrupi Saccharum recipientes diutius coquendi, quam qui Mel.*

*Syrupi acetosi ubi coquendi.*

*Syrupi quo modo diuturniores fiant.*

*Syrupi quo modo maior quantitas, & perfectior haberi possit.*

*Syrupus ne mucorem contrahat.*

*Syruporum materia.*

*Syrupi definitio.*

*Syrupi pectorales fiant spissiores.*

*Syrupi violarum usus.*



*Syrupus  
violarum  
Mesues.*

**R.** Infusionis Violarum. lib. v.  
Sacchari. lib. iij.

Quę duo igni exponuntur inie-  
ctio vnico albumine ovi, vt superius di-  
ctum est, dum formam propositam  
superius accipiant; sed quoniam in  
multis regionibus non est ad ma-  
num multa violarum quantitas, pro-  
inde communiter paratur predictus  
Syrupus hac ratione.

*Syrupus  
violarum  
magistra  
lis.*

**R.** Conservę violarum, paratę  
ex libra vna violarum, & li-  
bris duabus Sacchari. lib. j.

Ex predicta Conserva fiat infusio  
in lib. iijß. aquę per vnicum fervo-  
rem, deinde infusioni addantur.

Sacchari, lib. iij.

Et ratione predicta coquantur. Et  
cum in Syrupo violarum parato hac  
ultima ratione minor quantitas re-  
periatur violarum, quam in eo, quę,  
diximus parari ex infusione florum  
violarum, proinde poterit medicus  
vti hoc Syrupo, parato ex conserva  
in maiori quantitate.

## DE SYRUPO BOR- raginis, & Buglossę.

**T** Riplici modo parantur Syru-  
pi isti à Pharmacopeis: ali-  
quando ex florum borragi-  
nis, & buglossę infusione;  
*Syrupi  
borragi-  
nis, & bu-  
glossę tri-  
plici modo  
parantur.* aliquando ex infusione librę vnus  
conservę borraginis, & buglossę: ali-  
quando, & melius, ex libris quinque  
succu borraginis, aut buglossę, & ex  
libris quatuor Sacchari.

Ex his tribus modis parandi Sy-  
rupos predictos, duo priores sunt  
reijciendi, tanquam inutiles, & qui  
non respondent facultati, quę desi-  
deratur in Syrupo borraginis, aut  
buglossę. In floribus namque imbe-  
cilla facultas reperitur preparandi  
succum melancholicum, pituitam, sal-  
sam, aut atrabilem, licet facultas  
reperiatur cohibendi bilem.

Pręterea, in Syrupo parato ex  
infusione conservę, non reperitur fa-  
cultas, quę respondeat actioni, ac  
proinde vltimus modus parandi pre-  
dictos Syrupos ex succo scilicet, &  
Saccharo, est laudandus.

Vtuntur medici his Syrupis ad  
compescendum bilis calorem, quod  
fit ex accidenti propter humiditatę  
succorum borraginis, & buglossę.

*Vsus Sy-  
ruporum  
borragi-  
nis, & bu-  
glossę.*

Succi isti extrahendi sunt, dum  
Buglossa, & Borrigo florent, & se-  
mine prægnantes sunt, quo tempore  
absumpta humiditate excrementitia  
harum plantarum, succus in se ali-  
quantulum dulcis apparet; nam si in  
prima ætate, & adhuc tenerrimis  
existentibus his plantis extrahatur  
succus, multam substantiam excre-  
mentitiam continet, & incoctam: at  
postquã adoleverunt huiusmodi plan-  
tę, plurimum habent humiditatis  
nativę coctę, & perfectę, ac proin-  
de harum plantarum succus qualita-  
te temperata, aut, modice calida  
valet succum melancholicum exacte  
diluere.

*Succi bor-  
raginis,  
& buglos-  
sę quando  
extrahen-  
di sint.*

Debent parari ij Syrupi semper  
ex succis recenter extractis, nam ob  
longam humiditatem non servantur  
nisi per duos, aut tres menses; sed sta-  
tim degenerant à sua natura.

## SYRUPVS ROSA- rum viridium.

**H** IC Syrupus frequentissime  
paratur in officinis, & reci-  
pit infusionis rosarum ru-  
bearum traditę à Mesue in  
Antidotario. lib. v.  
Sacchari. lib. iij.

*Syrupus  
rosarum  
viridium  
Mesue.*

Fiat Syrupus, vt dictum est. Et  
quamvis alię schedulę huius Syrupi  
in alijs locis reperiantur, hac pre-  
dicta vtuntur medici nostri.

Vtuntur medici isto Syrupo ad  
com-



conspicendum bilis ferborem, & aliquando in super purgatione, vt contigit sepius ob medicamento actionem, & precipue Scamonij, vt licet videre exhibitis pilulis.

### SYRUPVS ROSARUM SICCARUM.

*Syrupus rosarum siccarum vsualis.*

**V**ariant maxime pharmacopœla in hoc Syrupo parando circa rosarum siccarum quantitatem. Alij namque pro quatuor libris aquæ, accipiunt uncias quatuor rosarum siccarum; alij uncias quinque, & qui maiorem quantitatem iniiciunt, capiunt uncias sex rosarum, pro quatuor libris Sacchari, & ex infusione parata ex rosis, & Saccharo parat Syrupum; sed neque habent autorem ducem, nec rationem, quæ ipsis faveat; ac proinde citra rationem maxime variant in quantitate.

*Rosarum siccarum quantitas ad Syrupum parandum ex Mesue sumenda.* Methodus vero parandi hunc Syrupum circa quantitatem rosarum est accipienda ex ipsomet Mesue hoc modo; habet Mesues ad parandam infusionem rosarum rubearum recentium, esse accipiendas libras duodecim rosarum recentium mundatarum, quæ in æquas partes partite, infundantur duabus vicibus in quindecim libris aquæ ferventis, ita vt transactis acto horis à prima infusione, & expressis, & abiectis libris sex rosarum, infundantur reliquæ sex libræ per idem spatium octo horarum; & deinde etiam expressis, & abiectis rosis pro quinque libris illius infusionis percolatæ adduntur libræ quatuor Sacchari, & paratur Syrupus. Ex his ergo desumenda est quantitas rosarum siccarum. Nam si illæ libræ duodecim rosarum mundatarum exponantur soli, post illarum exiccationem remanent quantitate unciarum viginti, & unius, & trium partium unciæ unius. Ac proinde pro quatuor libris Sacchari venient uncie septem

rosarum, & quartum unum; nam Mesues pro illis duodecim libris rosarum mundatarum iniiciebat libras duodecim Saccari. Parabitur itaque Syrupus hac ratione.

**Rx.** Foliorum rosarum siccarum, uncias vij. 4. j.

Fiat infusio in sex libris aquæ ferventis, & cum in frigidata fuerit coletur, & percolatæ infusionis adde.

Sacchari. lib. iiij. Clarificetur, & ex arte fiat Syrupus

Observa, supradictam infusionem, tribus, aut quatuor ebullitionibus parandam esse.

Vtuntur medici hoc Syrupo in diarrheis cum myrobalanis torrefactis, aliquando per se cum aqua Plantaginis, aut cum Syrupo myrtino, aut miva cytoniorum.

*Vsus Syrupi rosarum siccarum.*

### DE SYRUPO CAPILLORUM VENERIS.

**P**aratur hic Syrupus à nonnullis ex uncijs duabus liquiritiæ rasæ, & contusæ, & ex sex manipulis capillorum veneris decoctis in libris quinque aquæ ad consumptionem duarum librarum, addedo in fine coctionis, capillos veneris, & additis decocto libris tribus Sacchari simul coquantur. Hic modus parandi optimus est, licet quantitas capillorum veneris pauca sit, ac proinde est addenda usque ad duodecim manipulos; ab alijs paratur hic Syrupus citra liquiritiam ex sola infusione capillorum veneris cum Saccharo: qui modus ex Plateario desumptus est: sed quoniam non meminit quantitatis capilli veneris, magistraliter paratur hac ratione.

*Syrupus capilli veneris cum liquiritia.*

**Rx.** Capillorum veneris. M. xij. Syrupus Aquæ. lib. iiij. Capillive

Bulliant unico fervore levi; colectur decoctum, & capillus veneris ex plateario



primatur, residueat decoctum per aliquod tempus, deinde cum.  
Sacchari. lib. ij.

Fiat Syrupus, & clarificetur ex arte, vt dictum est.

Adeo est aptus hic Syrupus, & respondens facultatibus, quæ ex ipso desiderantur, vt nullus alius præstantior reperiatur. Quo maiorem enim quantitatem capillorum veneris recipiet hic Syrupus, tanto erit præstantior; non potest vero recipi maior quantitas in quatuor libris aquæ, quam prædicta duodecim manipulorum, vt longa experientia comprobatum est, ex quibus quatuor libris aquæ vnciæ sex, aut octo absumuntur vnico levi fervore, totidem residet cum terrena substantia, reliquæ vero, quæ supersunt partes aquæ, necessariæ sunt, vt in ipsis libræ duæ Sacchari dissolvantur.

Prior etiam modus parandi prædictum Syrupum est etiam optimus; quoniam liquiritia, & capilli veneris cõspirant in eandem naturam, licet calidior sit syrupus capillorum veneris priori modo paratus, quam hoc posteriori. Ac proinde cum in officinis habeamus Syrupum de liquiritia paratum, qui tantum recipit liquiritiam, capillum veneris, & hyssopum, non est, quod solliciti simus de liquiritia in parando Syrupo capillorum veneris.

*Vsus Syrupi capillorum veneris.* Vtuntur medici hoc Syrupo pro varijs affectibus, & præcipue ad expectorandum pectus, aliquando etiã ad movendos menses.

## DE SYRUPPO LIQUIRITIAE.

*Syrupus de Liquiritia Mesue.*

**P**aratur hic Syrupus ex Mesue sententia in Antidotario, cuius hæc est Schemula.

**R.** Liquiritiæ rasæ, & contusæ. vnc. ij.

Capillorum veneris. vnc. j.

Hyssopi.

vnc. ß.

Infundantur per diem, & noctem in quatuor libris aquæ, coquantur ad medias, expresso adde.

Sacchari.

Penidiarum.

Mellis.

Aquæ rosarum.

Fiat Syrupus.

añ. }  
} vnc. xiiij.  
}  
} vnc. vj.

Primo loco est advertendum nomine aquæ rosaceæ esse intelligendam aquam per distillationem extractam, non infusionem rosarum, vt male aliqui contendunt.

*Aquæ rosarum nomine quid intelligat Mesue.*

Secundo est advertendum nomine penidiarum, intelligendam esse condituram ex Saccharo tantum paratam; à nostris vocatur alfaniche, cuius loco Saccharum accipi potest. Nam penidiæ, quæ reperiuntur apud eos, qui parant condita, qui hispano sermone vocantur Afucareros, permutationem habent ex amylo, vel farina, vel altero simili, & quod magis certum est, ex omnibus excrementis, quæ inter annum ex Saccharo attrahunt, percolatis, parant penidias; ac proinde à pharmacopola sunt parandæ penidiæ ex Saccharo tantum, vel earum loco iniiciendum est Saccharum. Nam penidiæ tantum distinguuntur à Saccharo, ratione lentoris, quem habent penidiæ ex coctione, & agitatione, non aliter atque conditura illa, quæ ex melle coctio, aut ex melle Sacchari coctio paratur in gratiam puerorum, & hispano sermone vocatur, castanyola.

*Penidiæ loco quid sumendū.*

Potest parari prædicta Schemula in maiori quantitate, vt in dupla, tripla, quadrupla, quo tempore omnia simplicia medicamenta sunt duplicanda ad proportionem, in aqua vero non servatur proportio. Nam tantum debet augeri aqua ratione quantitatis remanens, non vero ratione quantitatis, quæ debet absumi: quoniam cum idem sit passum ad coctionem, & eodem modo dispositum, semper

*Syrupi liquiritiæ Schemulâ augendi modus.*

est



est coquendum ad eundem terminum, ad consumptionem, scilicet, librarum duarum. Quod voluit significare Mesues, verbis, quibus habet; coquantur ad consumptionem dimidia partis: unde si sit duplicata, aut triplicata hæc Scheda, inepta erit si habeat; coquantur ad medietatem; sed coquantur ad consumptionem duarum librarum; vt licet videre in sequenti Scheda duplicata eiusdē Syrupi. ꝛ. Liquiritiæ rasæ, & contrusæ vnc. iij. capillorum veneris vnc. ij. hyssopi vnc. j. infundantur per viginti quatuor horas in sex libris aquæ; coquantur ad consumptionem duarum librarum; tunc adde, Penidiarum Sacchari, & mellis singulorum vnc. xvj. Aquæ rosaceæ lib. j. Fiat Syrupus. In hac Scheda duplicata, tantum augmentur libræ duæ aquæ, quæ debent remanere post coctionem simul cū duabus alijs libris, quæ remanebant in Scheda non duplicata. Unde habemus libras quatuor decocti, quæ respondent libris quatuor materiæ, quemadmodum duæ in simplici Scheda respondebant libris duabus materiæ. Nam in hac habemus ex Melle, Penidijs, & Saccharo, singulorum vncias decem, & sex, quæ vncia coniunctæ pondus librarum quatuor constituunt: in simplici vero Scheda habuimus mellis, Sacchari, & penidiarum singulorum vncias octo, quæ vncia coniunctæ, constituunt libras duas. Et denique non patitur hæc duplicata Scheda longiorem coctionem, quæ patiebantur medicamenta in simplici Scheda. Semper enim coquenda sunt simplicia medicamenta in hoc Syrupō, ad consumptionem duarum librarum; ac proinde quotiescunque duplicatur prædictus Syrupus, dum paratur à pharmacopola, est duplicanda aqua quantitate duarum librarum pro singulis duplicationibus. Unde in duplicata Scheda iniiciendæ sunt, vt dictum est, libræ sex aquæ in triplicata libræ octo, in quadruplicata libræ decem, &

sic de cæteris; potest enim hic Syrupus in infinitum augeri, dummodo sit vas, in quo possit parari, & ignis sufficiens ad coctionem.

Ultimo est advertendum, quid *Regula* sentiendum sit, circa infusionem, quæ *maximè* præcedit coctionem. In hoc Syrupō *maximè* consueverunt pharmacopola tria *indi decoctio* simplicia medicamenta simul *nes quas* fundere, in illis quatuor libris aquæ, *præcedit* & cum infusa sunt in eodem vase, *infusio* simul coquantur ad consumptionem duarum librarum: ex quo, nostro iudicio, adeo magnum sequitur incommodum, vt tantū in decocto facultas liquiritiæ remaneat, deperditis facultatibus capillorum veneris, & hyssopi per illam coctionem; quoniam hæc duo tenui substantia constant, facile exolubili.

Sed favet pharmacopolis Antonius Musa Brasavolus tractatu de Syrupis, capite de Syrupō Absintij composito Mesues; vbi hæc verba, vel similia profert; sit tibi altamente repostum, vt quotiescunque præcedat infusio, nula sit servanda regula in decoctione: quod idem est, ac si dixisset; quando ad coctionem simplicium medicamentorum præcipit autor prius esse infundenda per aliquod spatium simplicia medicamenta, tunc in coctione non sunt gradatim iniicienda simplicia medicamenta; quoniam per infusionem radicitus inherent vires, & facultates medicamentorum simplicium in liquore, vt non sit metuendum per coctionem posse deperdi. Sed tunc hæc sententia, licet viri doctissimi, non placet; nam, & rationi, & quod magis est, experientiæ advertatur; rationi, quoniam prædicta simplicia, vt dictum est, in aqua infunduntur, quæ subiectum est maxime fluxile, nequam solidum, ac tergenum, vt facultates semel receptas possit conservare, & detinere, experientiæ vero, quoniam, vt sapissime experti sumus, si simul infundantur prædicta



Et simplicia, dum coquantur, per tã longam coctionem adeo evaporatur illorum duorum facultas, vt tota domus redoleat, præsertim hyssopi ratione: dum vero perfecta est coctio, nullus, aut exiguus remanet in liquore odor; eadem ratio est de sapore. Et inquirimus, quod commodum sequitur ex eo, quod simul infundantur illa simplicia medicamenta? Ex utilitatibus namque, quæ ex infusione sequi solent, nulla deperditur, licet, non infundantur hæc simplicia medicamenta simul: ac proinde satius est infundere prædicta medicamenta, peridem temporis spatium seorsum, & in duobus vasis, ita, vt in maiori quantitate aquæ; id est, in libris tribus, & vncijs quatuor infundatur liquiritia contusa; in altero vero vase longe minori, infundantur hyssopus, & capilli veneris simul in vncijs octo aquæ, & cocta iam liquiritia, fere ad consumptionem duarum librarum, addatur infusum, & liquor, qui continet capillum veneris, & hyssopum, quæ tunc simul cum liquiritia bulliant vnico fervore: atque ita omnium habebimus in coctione integras facultates. Sed dum adduntur capilli veneris, & hyssopus simul cum aqua calefiant aliquantulum, ne frigiditate aquæ, liquiritia iam cocta dura evadat, quod commode fiet, si vas minimum supra illud, quod continet liquiritiam, tanquam operculum, ponatur, dum exponitur igni. Nam vas, vel vt melius loquamur, liquor, qui continetur in vase maiori, qui admovetur igni, potest decoqui, imo decoquitur; liquor vero, qui in minimo vase continetur, tantum calefit. Huius sententiæ auctorem habemus doctissimum Iacobum Silvium qui 3. lib. suæ Pharmacopœ, cap. de Syrupo Absinthij, (cuius eadem ratio est in compositione, atque huius) sic habet: Sacius est Absinthium per se infundere, rosas, & spicam simul, & parum iam cocto Absinthio, addere rosas, & spicam.

Denique in Syrupo liquiritiæ illud memoria tenendum est, Aquam rosaceam in fine coctionis Syrupi esse iniiciendam. Nam cum tenuior pars sit, si à principio coctionis simul cum Saccharo, penidijs, & melle iniiciatur, exolvetur eius facultas; & Syrupus nequaquam redolebit rosas, quod passim experimur in hoc Syrupo parando, & similibus, ex rebus tenui substantia constantibus.

Vtuntur medici Syrupo liquiritiæ ad expectorandum pectus per se, aut cum alijs, vt capillorum veneris, aut violarum.

## DE SYRUPO ENDIVIAE via simplici.

**I**N nostris officinis servatur Syrupus Endiviæ compositus, & Syrupus Endiviæ simplex.

Syrupus vero Endiviæ simplex duplici ratione paratur à Pharmacopolis; quarum altera tanquam optima, est amplectenda, altera vero rejicienda, quæ non est utilis. Hæc est: Accipiunt decoctum paratum, ex eisdem medicamentis simplicibus, ex quibus paratur Syrupus Endiviæ compositus, demptis utroque Santalo, & Spodio, & cum Saccharo parant ipsi Syrupus: sed cum hic Syrupus ita paratus idem ferme sit, atque Syrupus Endiviæ compositus, non est, quod hunc Syrupum, tanquam simplicem, nobis exhibeant. Nam diversi sunt effectus Syrupi Endiviæ compositi, ab effectibus Syrupi Endiviæ simplicis; & præterea utrumque Santalum, & Spodium tantum præbent facultatem aliquantulum roborandi, cum tenui quadam substantia, vt vehiculo. Proinde ergo parabitur Syrupus hoc modo magistraliter.

**Rx.** Succii Endiviæ clarificati. lib. v. Syr. Endiviæ simp. lib. iij.

Cl.

*Aqua rosarum quocumque tempore in Sy. liquiritiæ ponenda*

*Vsus Syrupi liquiritiæ.*

*Syrupus Endiviæ simplex male, ab aliquibus paratur.*



# De Syrupis.

19

*plex ma-  
gistralis.*

Clarificentur ovi albumine, & coquantur ad formam Syrupi.

Et ne à Pharmacopolis tradatur prior Syrupus pro hoc, sit consilium, vt medicus in scribendis Schedulis semper præcipiât hac ratione.  $\mathcal{R}$ . Syrupi ex succo Endiviæ quantitatem, quam voluerit.

*Succus Endiviæ ex qua Endiviæ specie extrahendus ad Syrupum parandum.*

Quoniam apud nos tantum sunt duæ species Endiviæ, tanquam genuinæ, & propriæ receptæ: quarum altera est, quæ scariola vocatur, & qua quotidie vescimur, & à Valentini nomine endiviæ circumfertur: Altera vero est, quæ cichorium appellatur, & mittit flores cæruleos, quemadmodum scariola: observandum est, succum esse extrahendum ex scariola, vel endivia simpliciter dicta: & si hæc deficit, extrahatur ex cichorio. Sed, vt dictum est in superioribus, accipiendæ sunt hæc plantæ, antequam in caulem erumpant.

*Syr. Endiviæ simplicis usus.*

Vtuntur nostri medici Syrupo Endiviæ simplici ad refrigerandum. Endivia enim ex Galeno in secundo excessu refrigerat; & licet in eodem gradu habeat facultatem exsiccandi, hæc siccitas corrigitur duobus modis; primo si accipiantur huiusmodi plantæ ex humidioribus locis, secundo etiam corrigitur lenthore Sacchari.

## DE LOCH CAULIUM.

**L**icet hæc forma medicamenti nomine loch circumscribatur, quoniam tamen non constat ex viscosa, & lenta materia, ex qua componitur loch, imo potius paratur ex succo, melle, & Saccharo; proinde inter Syrupos est connumerandus,

*Loch Caulium Gordonii.* Paratur hic Syrudus à Gordonio, à quo nullum aliud medicamentum habemus in officinis, hac ratione.

$\mathcal{R}$ . Succi Caulium rubearum depurati. lib. iij.  
Sacchari. 3 añ. libr. j. 3/4  
Mellis. 3  
Croc. drag. vj.  
Coquantur ad formam Syrupi.

Commendat Gordonius, ex brastica rubea esse extrahendum hunc succum, quoniam in hac maior facultas in est inscindendi, & extergendi, quam in reliquis eius speciebus.

Observandum est, crocum non esse iniiciendum in principio coctionis, iniiciendum secundum totam suam substantiam, sed forcipibus incisum, vel in mortario contusum in ligatura, in panno lineo raro minime compressum, vt Syrupus possit ipsum permeare: vnde quando iam Syrupus est dimidie coctus; iniicimus ligaturam hanc, filo appensam, vsque ad perfectam coctionem illius Syrupi, sed crebro debemus ipsam ligaturam exprimere, vt croci facultas, & tinctura transeant in Syrupum; quod deprehenditur, si Syrupus evaserit intense flavus.

Medici nostri vtuntur hoc Syrupo præsertim pueris ad expectorandum; est enim valentior omnibus reliquis in ætate præsertim puerili. Nam pueri non sunt habiles ad excreandum; vnde beneficio huius Syrupi veluti vomitione eijciunt excrementa, in thorace existentia. Nam succus brastica, qui basis est in hac compositione, tergit, & inscindit moderate tamen: Sacharum lenit, & reliquorum calorem contemperat, tumetiam, & hæc duo materiam præbent, & denique crocus, quoniam insignem habet facultatem concoctoriam, præparat humores existentes in thorace ad expellendum.

*Vsus loch  
Caulium.*

## DE SYRUPO FUMI- terra simplici.

C2

Hic



*Syrupus  
de fumote  
ræ Arn-  
naldi.*

**H**IC Syrupus ex Arnaldo de-  
sumptus est, sed ipse eum  
adfert verbis obscuris, &  
sunt hæc. Syrupus fumi-  
terræ sic fit; Succus fumiterræ non  
crispi, bulliti, & colati ad medietate-  
tem, sit quarta pars Sacchari, vel  
mellis, & fiat Syrupus. In alijs codi-  
cibus habetur Sacchari, vel Mellis,  
quod sufficit.

*Succus fu-  
miterræ,  
ex qua fu-  
miterræ  
differentia  
est extra-  
hendus.*

In primis habet Arnaldus, & recte,  
decoquendum esse succum ad con-  
sumptionem medietatis, ut substantia  
aquosa, & excrementitia absumatur;  
Præterea habet, esse extrahendum  
succum fumiterræ ex fumoterræ non  
crispo, ut verbis eius utamur; quasi  
clarius dixisset; herbæ fumiterræ due  
sunt differentia; alia folia mittit plana,  
& lata; alia angusta, & crispa, &  
cū in illa, quæ habet folia lata magis  
vigeat facultas, proinde præcipit ex-  
trahendum esse succum ex hac. Licet  
tamen autorem habeamus Arnaldū;  
quia visa fuit pauca quantitas succi  
fumiterræ, quæ ab ipso adducitur,  
magistrali ratione paratur, hoc mo-  
do;

*Syrus fu-  
miterræ  
Magistra-  
lis.*

**R**. Succi fumiterræ depurati, &  
Mellis. añ. lib. iij.  
Fiat Syrupus, iniecta aqua per in-  
tervallā, ut clarificetur.

*Syrus fu-  
miterræ  
ex Sacch.*

Paratur etiam Syrupus fumiterræ  
simplex ex Saccharo loco mellis, &  
certe ita paratus præstantior est gus-  
tu; succus enim fumiterræ deterri-  
mus gustu est: omittimus, quod etiā  
cum Saccharo, magis temperatur  
succus fumiterræ, qui controversam  
habet facultatem frigidam, scilicet,  
& calidam propter substantiæ diver-  
sitate, ut Galenus libris simplicium  
capite de Capno.

*Vsus Sy-  
rupi fumi-  
terræ.*

Utuntur Medici hoc Syrupō, præ-  
cipue in morbo gallico, in Scabie, &  
pruritu; nam inter reliqua medica-  
menta succus fumiterræ sanguinē pu-  
rificat, & per urinam humores educit.

## STRYPVS ACETO- sitatis Citri.

**H**IC Syrupus paratur à Me-  
sue in Antidotario, cuius  
hæc est schedula.

*Syrus. ace-  
tositatis  
citri Me-  
sues.*

**R**. Succis acetositis citri. lib. xij.  
Coquantur ad consumptionem  
tertiam partis, residueat per ali-  
quod spatium temporis: tunc acci-  
pe lib. vij. quia residuum facit suc-  
cus; & sic Mesues lib. vij. accipit, & cū  
Sacchari. lib. v.  
Paretur Syrupus.

Succus acetositis citri triplici  
ratione extrahitur; primo modo fe-  
re per putrefactionem, ita ut demp-  
tis corticibus à citro, pars acida, &  
caro illa alba simul cum granis con-  
tundantur, quæ sic confusa iniiciuntur  
in vas terreum, habens foramen  
in parte inferiori: & obturato illo  
foramine per tres, vel quatuor dies  
concalescit tota illa massa; & dein-  
de aperto foramine exit succus; qui,  
licet, perspicuus apareat, damnan-  
dus est, quia non respondet faculta-  
tibus, imo vero alienam facultatem  
contrahit tum ratione temporis, per  
quod detinetur, tum ratione grano-  
rum, ex quibus quendam calorem  
accipit; quod deprehenditur ex sa-  
pore aliquantulum amaro; qui simul  
cum acido percipitur hac ratione ex-  
tracto.

Secundus modus extrahendi suc-  
cum acetositis citri est: coarundū-  
tur illa tria prædicta, scilicet, grana,  
caro, & pars acida, & statim prælo  
commendantur. Succus hoc modo  
extractus non exit adeo copiosus, ut  
priore: sed præstantior est, quia, cum  
non calefiat per temporis diurni-  
tatem, quemadmodum ille, non con-  
trahit alienam qualitatem; tum præ-  
terea quia non facit moram, non ac-  
cipit omni, ex parte granorum fa-  
cul-



cultatam, licet, aliquam accipiat. Est enim hic succus, si quis alius, tenuis substantiæ, ita ut valeat digitos ulcera re, tumetiam vasa terrea deradere, ut constat experientia.

Tertius modus extrahendi hunc succum, is est; manibus cultello ligneo separatur pars acida ob omnibus alijs partibus, & deinde torculari, prælo extrahitur succus optimus omnium; sed quia maxime onerosum est ita hunc succum extrahere, abhorrent pharmacopola ab hoc modo extractionis: sed revera ita est extrahendus, ut viribus respondeat.

Frigidus est, & siccus hic succus præcipit Mesues decoquendum esse hunc succum ad tertiæ partis consumptionem, & post coctionem magis acidus aparet, quoniam acidus sapor situs est in substantia terrena, & per coctionem excrementitia, & aquosa substantia absumpta fuit.

*Succi citri facilis.*

*Vsus Syrupi acetositis citri*

Vtuntur hoc Syrupo medici, ad contemperandam bilis acrimoniam in omnibus febribus putridis, quamvis febris pestilens sit.

## DE SYRUPO LIMONUM.

**H**IC Syrupus eadem fere ratione paratur, atque præcedens; eisdem etiam medetur. Tantum differt à superiori substantiæ tenuitate; nam succus acetositis limonum tenuior est succo acetositis citri.

In modo vero extractionis huius succi nullus potest committi error; accipiuntur enim limones, qui maxime flavescunt, & transversim inscinduntur in duas partes, & cum prælo parvo, vel manibus, quævis pars exprimitur per se.

## SYRUPVS DE Agresta.

**P**aratur hic Syrupus de Agresta à Mesue, eodem modo, in eadem quantitate, atque prædicti, ut;

**R.** Succus Agrestæ. lib. xij. *Syrup. de Agresta Mesues.*  
Coquantur ad consumptionem tertiæ partis, resideat per aliquod spatium temporis; Accipiatur ex eo, quod clarum est, & addantur Sacari clarificati. lib. v.  
Fiat Syrupus.

Circa extractionem succi omphacij, id est, agrestæ, illud est observandum, esse extrahendum, dum vix acidæ sunt, nequaquam dum sapore austero, aut acerbo constant. Reperiuntur enim in vvis varij saporibus circa varias earum ætates.

*Succus Agresta quædo extrahendus.*

Vtuntur medici hoc Syrupo ad corrigendam intemperiem calidam, dum simul etiam in animo est fluxionem cohibere, ut in Dysenteria, Tenesmo, in Diarrhœa biliosa, & similibus, in quibus fluxio est cohibenda, & acrimonia contemperanda.

*Vsus Syrupi de Agresta.*

## DE SYRUPO MYRTILLORUM.

**H**IC Syrupus à Mesue paratur eadem ratione, atque qui fuerit explicati, ut

**R.** Succus Myrtyllorum. lib. xij. *Syrup. myrtyllorum Mesues.*  
Coquantur ad consumptionem tertiæ partis; resideat, & in succo claro, iniectis Sacchari. lib. v.  
Fiat Syrupus iniecto ut dictum est, albumine ovij.

Extrahendus est succus myrtyllorum ex fructu myrti maturo, ac nigro

*Succus myrtyllorum ex quo mirro*

gro



*Si fructu extrahenda*  
 gro, tum & Sylvestri; quoniam in hortensi, & albo, & in maturo maxima vis astringendi reperitur cum modica leniendi facultate, propter dulcedinem, quæ in fructo immaturo non reperitur; ac proinde medici nostri in hæmorrhagiam per sputum, dum adest tussis, vtuntur hoc Syrupo per se exhibitio, aut cum Syrupo capillorum veneris. Nam leniendi facultate medentur tussi, & astringendi vi unitati solutæ: Aliquando vtuntur etiam hoc Syrupo in diarrhæis, & in quacumque alia fluxione.

*Vsus Syru. Myrtillorum.*

DE SYRUPPO CYDONIORUM.

**P**aratur Syrupus hic ex Mesue in Antidotario hac ratione;

*Syrup. cydoniorum Mesues.*

**R.** Succi cydoniorum. lib. x.  
 Coquantur ad consumptionem medietatis; dimittatur biduo residere, vt clarescat, deinde colentur, & collaturæ adde Sacchari, lib. iij.  
 & fiat Syrupus.

*Vsus Syru. cydoniorum*  
 Vtuntur medici hoc Syrupo in diarrhæis tum etiam ad roborandum ventriculū.

DE MIVA COTONEORUM VTRAQUE.

**L**icet variæ Schemulæ reperiantur apud Mesuem, illa paratur in officinis, quæ circumscribitur sub nomine confectio- nis de cydonijs, & in margine sub nomine mivæ absque addito, ex eadem Schemula paratur miva simplex, tum etiam & miva aromatica, seu composita. Nam demptis aromati- bus, si cum alijs paratur, habebimus mivam simplicem, vt sequitur;

*Miva cydoniorum simplex Mesues.*  
 Succi cotoneorum acetoso- rum, lib. xx.  
 Vini odoriferi. lib. x.

Coquantur ad consumptionem tertie partis. Fit vero coctio commode in vase, olla dicto, cum operculo, ne vini facultas exhaletur; resideant hæc ita cocta per aliquod spatium; colentur, colaturæ adde; Mellis, lib. vj.  
 Coquantur ad formam Syrupi, aqua per intervalla iniecta.

Vtuntur hoc Syrupo medici ad roborandum ventriculū, præsertim in diarrhæa ventrali; aliquando vtuntur hoc Syrupo ad roborandum ventriculū, vel summo mane exhibitio, vel in prima mensa cum frustis panis torrefactis, & imbutis hac miva.

*Vsus Mivæ cydoniorum.*

Miva aromatica, seu composita, paratur ex prædictis, & ex sequentibus aromatibus contusis, pano ligatis; coquantur, dum fere Syrupus ad coctionem perfectam accedit, ita vt sex, aut octo fervoribus extrahatur facultas aromatum; & quoniam per eandem coctionem extrahenda est facultas aromatum, quorum non vna est substantia; sed alia tenui consistat, facile exolubili natura, alia crassa, alia mediocri; circa contusionem gradus est observandus, vt aromata, quæ lentam, & crassam habent substantiam, in minutissimas partes contendantur; quæ mediocrem, medio modo; quæ tenuem, forcipibus, vel cultello tantum inscindatur ita, vt æquali tempore, & æquali coctione omnium extrahatur facultas. Tantum enim ponitur terminus coctionis illud temporis spatium, quo quæ tenui constant substantia, possunt Syrupum suam exhibere facultatem, quæ mediocri, & crassa constant substantia, etiam eodem tempore, quoniam magis sunt contusa, & præparata, alioquin si ex ijs desumeretur terminus coctionis. omnino deperderetur facultas aromatum, quæ tenui constant

*Regula præstatissima ad rectam Mivæ cydoniorum aromaticam parandam.*



# De Syrupis.

stant substantia; in animo tamen est, cuiuscūque aromatis partem tenuiorem in hoc Syrupo extrahere; sed vis hæc tenuis in varijs subiectis sita est, & Scheda miva composita, siue aromatica hæc est;

*Miva cydoniorum aromatica Mesues*

**R.** Succum cotoneorum acetosorum. lib. xx.  
 Vini antiqui. lib. x.  
 Coquantur cum facilitate, id est, lento igne, ad consumptionem tertiae partis, auferendo semper spumam, deinde coletur, & dimittatur residere, vt. clarescat; tunc proijce super illud,  
 Mellis. lib. vj.

Iterum coquantur, & auferatur spuma eius, & proijciantur super illud species alephanginae in panno ligatae, & sunt, quæ secuntur;

Cinnamomi,  
 Heil, id est, cardamomi, 3 añs. 3. iij.  
 Cariophyllorum, 3. ij.  
 Zinzeberis, 3 añs. 3. j. ß.  
 Mastiches, 3 añs. 3. j. ß.  
 Croci, 3. ij.  
 Ligni oloes, 3 añs. 3. j. ß.  
 Macis. 3 añs. 3. j. ß.  
 Vltimo aromatizetur cum  
 Moschi, scrup. j.  
 Gallia moschata. 3. ij.

Hæc duo medicamenta posteriora non sunt permiscenda prædicto Syrupo supra ignem: sed in tota substantia citra ligaturam iam percolato Syrupo; ratio est; quoniam vel levi fervore, & quod magis est, solo calore perditur substantia aromatica horum medicamentorum.

*Gallia in miva cydoniorum quæ*  
 Non est dubium, quæ Gallia sit accipienda, cum statuerimus Moschatam esse accipiendam, tamquam magis accomodatam roborando venriculo.

## DE SYRUPO GRANATORUM.

**T**raditur hic Syrupus à Nicolao Salernitano, cuius descriptio est;

**R.** Succum granatorum acetosorum. lib. ij.  
 Sacchari. lib. iij.  
 Aceti albi. lib. j.  
 Fiat Syrupus.

*Oxifacchara simplex Nicolai.*

Vtuntur medici hoc Syrupo in morbilis, & variolis. Roborans enim partes internas sua astringendi facultate, & corrigens intemperiem calidam sua frigiditate, ducit humorem ad corporis habitum.

## DE RODOMELLE.]

**P**aratur hic Syrupus magistraliter hoc modo;

**R.** Succum rosarum rubearum. 2 añs. lib. j. ß.  
 Infusionis rosarum rubearum.  
 Mellis. lib. iij.  
 Fiat Syrupus.

*Mel rosatum colatum vsus*

Aliqui contendunt, inter quos est Rondoletus id sua Pharmacopea, citra succum esse parandum hunc Syrupum; imo existimat parari recte ex duabus partibus rosarum rubearum recentium incisarum, & ex sex partibus Mellis, addita quantitate sufficiente aquæ, & deinde coctis, & rosis expressis, & abiectis, vocari eum Syrupum Mel rosatum colatum; nam habet; si mel sufficienter detergit, ad quid addendus est succus, vt magis detergat? Sed, vt diximus, superiori ratione paratur in nostris officinis: In quibusdam tamen regionibus propter rosarum penuriam, paratur ex infusione rosarum, & ex Melle inæquali quantitate.

Medici vtuntur hoc Syrupo, ad incidendam pituitam simul cum oximellite, & frequentissimus est vsus pueris, qui ob voracitatem abundant

*Vsus Rodomellis.*



dant maxima excrementorum quantitate in ventriculo.

## DE OXIMELLE simplici.

*Ufus Oximel Mesues.* **P** Aratur Oximel simplex à Mesue in Antidotario sub nomine Secaniabin, cuius hæc est Schedula;

**Rx.** Mellis. lib. ij.  
Aceti albi. lib. j.  
Aquæ fontis. lib. iij.  
Fiat Syrupus.

*Ufus Oximel mellis.* Utuntur medici hoc Syrupo, ad incidendam pituitam, & præterea utuntur ad vigorandum aliquod medicamentum: hinc Agaricus trochiscatur frequentissime cum Oximellite, tum etiam eodem utuntur ad vomitum ciendum.

## DE SYRUPO DE Bizantijs.

**H**IC Syrupus paratur à Mesue sub nomine Syrupi Dinarij in suo Antidotario, cuius hæc est descriptio;

*Syrupus de Bizantijs Mes.* **Rx.** Succu Endiviæ depurati. ʒ. añ. lib. ij.  
Succu Apij depurati. ʒ.  
Succu Lupuli depurati. ʒ.  
Succu Borruginis, vel buglossæ depurati. ʒ. añ. lib. j.  
Sacchari. lib. ij. ʒ.  
Fiat Syrupus.

*Ufus Syrupi de Bizantijs.* Medici utuntur hoc Syrupo ad aperiendum in febribus diuturnis; est enim mediocriter medicamentum in aperiendo obstructions.

## DE SYRUPO DE Mentha.

**P** Aratur hic Syrupus ex Mesue sententia in Antidotario, cuius etsi duæ sint descriptiones; ea tamen utimur, in qua habet Mesues, Syrupus de Mentha ex inventione nostra, &

**Rx.** Succu Cydoniorum mazorum. ʒ. *Syrupus de Mentha Mesues.*  
Succu Cydoniorum dulcium. ʒ.  
Succu Granatorum acetosorum. ʒ. añ. ʒ. lib. j.  
Succu Granatorum dulcium. ʒ.  
Succu Granatorum mazorum. ʒ.  
Projiciatur super eos.  
Menthæ siccæ. lib. j. ʒ.

Foliorum rosarum rubearum. vnc. ij.  
Dimittantur per diem, & noctem. Deinde coquantur lento igne usque ad medietatis consumptionem colentur, & exprimantur Mentha, & Rosæ, quibus adde Mellis, vel Sacchari. lib. ij.  
Fiat Syrupus, & aromatizetur cum gallia.

Sed nostræ officinæ habent paratum hunc Syrupum predictum absque gallia, hinc ipsum vocant Syrupum de Mentha simplicem. Quod si aliquando placuerit cum gallia parare, licet, Mesues non adferat quantitatem galliæ, desumenda est eius quantitas ex Syrupo qui ab ipso Mesue vocatur, Syrupus acetosus de succis herbarum cum aromatibus: in quo ʒ. ij. galliæ imponuntur.

Sed dubitant aliqui Pharmacopolæ, num possint succi recipere in se ad infusionem tantam quantitatem Menthe siccæ. Hinc aliqui tantum iniungunt libram semissem Menthe, Alij uncias novem, Alij libram unam; revera tamen, ut experientia comprobatum est, sufficiens est quantitas succorum tradita ad recipiendum libram unam, & semissem Menthe, dummodo non sit Mentha exsiccata ad summum, sed ad umbram reposita per aliquot dies; ita tamen, ut non tantum humiditas excrementitia, sed aliqua etiam nativa sit ab-

lum.



sumpta. Quod si non sufficit succorum quantitas; potest addi: nam que additur imbutur, in ipsa Mentha: & illa nunquam venit in Syrupum, quod præstantius est, quam aliquid de Mentha basi Syrupi detrahere.

*Vsus Syru  
de mētha.*

Vtuntur Medici hoc Syrupum ad roborandum ventriculum, aliquando in nausea, etiam & ad vermes necandos solo exhibito, aut cum aqua portulacæ.

### SYRUPVS DE COR- ticibus Citri.

*Syrup. de  
corticibus  
citri Me-  
sues.*

**F**IT hic Syrupus à Mesue in suo Antidotario hac ratione;

**Rx.** Corticum Citri recentium optime à carnibus denudatarum. lib. j.

Aquæ. lib. v.

Coquantur ad consumptionem duarum partium, & cum

Sacchari. lib. j.

Fiat Syrupus, & aromatizetur cum

Moschi. g. iij.

Moschus in hoc Syrupum in tota substantia, & extra ignem debet permisceri.

*Vsus Syru  
de cortici  
bus citri.* Medici vtuntur hoc Syrupum, in frigida ventriculi intemperie, & ad flatus discutiendos.

### SYRUPVS DE Absinthio.

**H**uius Syrupi descriptio desumitur à Mesue in suo Antidotario, & est quæ sequitur. Nam est huius Syrupi alia descriptio apud eundem Mesuë.

*Syrup. de  
Absinthio  
Mesues.*

**Rx.** Absinthij romani. lib. β.

Vini albi odoriferi. sañ. lib. ij. β.

Succi cydoniorum. sañ. lib. ij. β.

Foliorum rosarum rubearum, vnc. ij.  
Spicæ. 3. iij.

Infundantur Absinthium, rosæ, & spica in vinum, & succum per viginti quatuor horas, deinde coquantur ad consumptionem medietatis, colentur, & exprimantur; colaturæ adde Mellis. lib. ij.  
& fiat Syrupus.

Hic Syrupus communiter circumfertur sub nomine Syrupi Absinthij compositi, quia maiorem numerum medicamentorum simplicium recipit, quam alia descriptio, quæ rarissime, aut nunquam est in vsu: & Recipit Absinthij romani 3. c. decoquantur in lib. iij. Aquæ vsque ad tertiam partem, exprimatur Absinthium; coletur decoctum; & collaturæ adde Mellis, & vini singulorum lib. j. fiat Syrupus. Hic Syrupus, si aliquando paratur, vocatur Syrupus de Absinthio simplex.

Circa infusionem Syrupi Absinthij compositi idem observandum est, quod dictum fuit in Syrupum liquiritiæ. Sed hic Syrupus non potest parari in maiori quantitate, nec minori; cuius ratio tradetur, quando agemus de vnguento populeonis Nicolai.

Præterea nomine spicæ debemus intelligere Nardum, ita etiam in reliquis omnibus medicamentis, quando simpliciter profertur spica; nardus intelligitur: est enim alia spica, quæ cognomine celtica vocatur; sed observandum diligenter est, ne in eligenda spica decipiamur: Nam rhyfotomi quidem ex gallia narbonensi herbam venditant spicæ similem, inodoram, & sine aromatizate aliqua, quæ duo possunt arte emendari, & corrigi ita, vt difficile cognosci impostura, & adulterium possit. Nisi diligenter animum adhibeas: quod nobis, dum librum hunc pararem, contigit; sed, dolo à nobis cognito, mandatum fuit, vt igne crematur.

*Spicæ  
absolutes.*

**D**

**Vtun-**







sex; maneat ibi Rosæ per sex horas; deinde exprimantur manibus, & abijciantur; & iterum prædicta aqua exponatur igni, & iniiciantur aliæ sex libræ rosarum recentium: quod fiet eodem ordine, vsque ad novem infusiones, semper iniiciendo rosas recentes; deinde ex prædicta infusione sic parata, accipe. lib.vj. Sacchari. lib.iiij. Fiat Syrupus.

Parabant nostræ officinæ hunc Syrupum, demptis vngibus rosarum, vt habet Laguna; sed nostra tempestate iniiciuntur rosæ mundatæ, sed cum vngibus; & pars terrena, quæ in vngibus reperitur, in causa est, vt per longum tempus conservetur Syrupus integris viribus.

*Syr. rosa rum Alexandrina rum quo vase coqui debeant.*

Male faciunt Pharmacopolæ, qui in vasis æreis parant prædictam infusionem, cum potius in vasis terreis sit paranda, vt, & omnes Syrupi, qui vel aliquid acidi habuerint, vel aliquid astringendi, & quod præcipuum est, quicumque Syrupus aliquam accipit qualitatem ex ære.

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad purgandam bilem; & est in frequentissimo vsu in potionibus cum confectione hamec, & diaphenicone. Aliquando per se solus exhibetur cū decoctione foliorum Senæ, & parum Cinnamomi.

## DE RHODOMELLE rosarum Alexandrinarum.

*Rodomel Alexandrinum magistrale.*

Huius Syrupi descriptio est magistralis, & habet Succi rosarum Alexandrinarum, 3 añ. lib. iij. Mellis. 3 Fiat Syrupus.

*Vsus Rhodomel. Alexandrinum* Utuntur Medici hoc Syrupo ad purgandam bilem; sed calidior est Syrupo Rosarum Alexandrinarum

ex 9. infusionibus; tum etiam, & multo imbecillior.

## DIA MORON.

Quamvis hoc medicamentum inter Loch differentias à multis constituitur, quia tamen eadem habet consistentiam, & eandem materiam, quæ Syrupi, proinde illud inter Syrupos recensemus.

Ex Mesues sententia paratur, & desumitur eius descriptio ex suo Antidotario, & est quæ sequitur;

*Rx.* Succi Mororū do- 3  
mesticorum. 3 añ. lib. j. β.  
Succi Mororū ba- 3  
tinorum, id est, rubi, 3  
Mellis, 3  
Sapæ, 3 añ. lib. j.  
Igni lento coquantur, & ex arte fiat Syrupus.

*Dia Moron Mesues.*

Habet hic Syrupus vim repellendi, propter Sapam ex modo substantiæ, & propter succum fructus Mororum. Extergendi etiam facultatem habet, propter Mel, tum propter Sapam, quod deprehenditur ex illius sapore dulci; ac proinde non est multum efficax medicamentum in principio Anginæ, præsertim cum malo nostro ex succo Mororum maturorum paretur. Nam, licet, ex Moris veris dictis, possit extrahi succus immaturis existentibus, ex Moris vero rubi, nulla ratione potest extrahi, quia immaturi existentes, non exhibent succum; licet, si accipiantur Mori ex rubo humili, possit ex his immaturis succus extrahi; sed huiusmodi Mori reperiuntur tam pauci, vt nunquam veniant in usum. Ac proinde ex Galeni sententia, libris de compositione medicamentorum secundum locos, parandum est dia Moron in principijs Anginæ; & fit; ex succo Mororum domesticorum, & ex Melle. Et aliquando Galenus pro

*Vsus, & facultates dia Moron*

*Dia Moron Galeni lib 6. locorū cap. I.*



varijs scopis addit multam Mellis quantitatem, aliquando mediocrem, aliquando minimam.

### DE DIA NUCVM.

**A**B eodem Mesue paratur dia Nucum hoc modo;

*Dia Nucum Mesue.* **R.** Succum exteriorum corticum Nucum, in diebus canicularibus extracti. lib. iij.  
Coquantur vnico fervore, tunc adde Mellis. lib. ij.  
Coquantur sicut diamoron.

*Vsus Dia nucum.* Vtuntur eo Medici ad eosdem affectus, ad quos diamoron; sed multo magis repellit dianucum, quam diamoron.

### SYRVPVS ENDI-

*via compositus.*

**P**aratur hic Syrupus à Mesue tractatu de Ægrotudinibus Memororum nutritionis, capite de cura malæ complexionis hepatis, simplicis, & compositæ, cuius hæc est descriptio;

*Syrup. Endivie compositus Mesue.* **R.** Endivie vtriusque, añ. M. j.  
Quatuor seminum communium frigidorum recentium contusorum omnium, vnc. ij.  
Fiat decoctio in sufficiente quantitate aque; coletur, colaturæ adde Sacchari, lib. j.  
Syrupetur cum aqua hordei, & aromatizetur cum Santali albi. 2  
Santali rubri, añ. 3. j.  
Spodij. 3  
Aceti albi, vnc. ij.  
& fiat Syrupus.

*Spodij differentia.* In hoc Syrupo multa sunt advertenda: Primo nos carere vero Spodio antiquorum; nam Spodium duplex

est, Spodium, scilicet, Græcorum, quod medicamentum est suspectum ori sumendum; ac proinde nunquam venit in compositionem medicamentorum interiorum; est etiam Spodium Arabum, quo vti debemus in Arabum compositionibus; & cum Mesue ex Arabica familia sit, oportet Spodium Arabum accipere in eius compositionibus.

*Spodium officinarum*

Est vero Arabum Spodium radix arundinis indicæ Adusta; sed hæc etiam radice nostris temporibus caremus, cuius loco in quibuscunque medicamentis interiorum sumendis vtuntur nostræ officinæ, Ebone combusto: est enim Ebur Elephantis dens. Oportet tamen hoc medicamentum post adustionem exacte abluere, & deinde supra porphyrum cum aqua rosacea preparare. Sic enim deperditur empyreuma ex adustione acquisitum, & additur ei tenuitas ratione triturae in porphyro.

Secundo est advertendum, id quod habet Mesue; Syrupetur cum aqua hordei; idem significat, ac si dixisset, clarificetur cum aqua hordei. Vnde quemadmodum in reliquis Syrupis diluitur albumen ovi cum aqua fontana, vel pluviaria, in hoc Syrupo diluendum est cum hordei decocto.

Tertio est observandum, quia Quatuor semina communia, id est, quatuor semina frigida maiora, duplicem habent humiditatem, alteram oleosam, & pinguem, alteram vero aqueam, & oleosa inutilis sit febricitantibus, quia facile inflamatur; proinde semina recentia sunt accipienda: habebimus per annum, si servaverimus fructus, intra quos clauduntur, & ab ipsis vsus tempore semina extrahemus.

Quarto est advertendum, licet, quam plurimi Pharmacopola ponant in ligatura vtraque Santala, & spondium; non tamen oportere si citra ligaturam hæc tria aceto diluta



in fine coctionis Syrupi addantur, constant enim satis crassa, & lignosa substantia; & in ligatura non poterit extrahi illorum facultas; neque optimus color: nam hic Syrupus semper rubens apparet.

*Endiviae utriusque* Ultimo advertendum est, nomine utriusque Endiviae idem esse intelligendum; quod in Syrupo de Endivia simplici dictum est: et praeterea illud etiam observandum est; prius esse coaquassanda utraque fantala; & paulatim esse iniiciendum spodium: nam si aliter fiat, & citra permixtionem fantalorum accipiat, petit fundum in ipso Syrupo.

*Vsus Syrupi Endiviae compositi.* Utuntur Medici hoc Syrupo ad aperiendas leviter hepatis obstructions, & satis refrigerandum; quia omnia medicamenta, quae ingrediuntur hunc Syrupum, exceptis fantalis frigida sunt; fantala vero tenuitatem ipsi tribuunt. Acetum etiam, & semina communia praeter refrigerationem idem praestant; tum etiam & hepar roborant; sunt enim tres scopi in hoc Syrupo, aperire, scilicet, roborare, & refrigerare.

## DE SYRUPO BUGLOSSAE REGIS SAVOR.

**P**Aratur hic Syrupus à Mesues, & quemadmodum praecedens non reperitur in Mesues Antidotario, ita etiam neque hic; invenitur tamen in tractatu de Aegritudinibus cerebri, capite de Mania, & Melancholia, cuius haec est descriptio.

*Syrup. Buglossae Regis Savor. Mesues.*  
**R.** Succum Pomorum dulcium redolentium. lib. iij.  
 Succum Buglossae domesticae, } añ. lib. ij.  
 Succum Buglossae sylvestris, }  
 Folliculorum Senae vnc. iij.  
 Croci 3. ij.  
 Saccharum tabarzet, idest optimi, lib. iij.

Fiat Syrupus: qui sic fit; infunditur Sena in succis praedictis per diem, & noctem coquitur deinde leni fervore; mox exprimitur; residuum succi aliquantulum; additur Saccharum; coquantur ad formam Syrupi, & crocus in ligatura additur in fine coctionis; crebro exprimitur, ut Syrupus eius accipiat facultatem.

Observandum est, nomine succi Pomorum redolentium intelligi succum extractum ex Pomis dictis Camuesas; per succum vero utriusque Buglossae, idest, sylvestris, & domesticae, succum Borriginis, & Buglossae.

Utuntur Medici hoc Syrupo sine croco, quia, ut dicunt, tentat caput; sed ut hoc incommodum non sequatur, potest inminui croci quantitas; ut à quibusdam fit: Utuntur ad praeparandum succum melancholicum, & bilem atram: nam omnia medicamenta in unam conspirant naturam.

*Vsus Syrupi Buglossae Regis Savor.*

## DE SYRUPO HYSSOPI.

**H**IC Syrupus traditur à Mesue in suo Antidotario, cuius descriptio talis est.

**R.** Hyssopi mediocriter sicci, }  
 Radicum Apij, añ. 3. x.  
 Foeniculi, }  
 Liquiritiae.  
 Hordei mundi, vnc. β.  
 Semini Malvae, }  
 Tragacanthi, añ. 3. iij.  
 Seminis cydoniorum, }  
 Capillorum veneris, 3. vj.  
 Iuiubarum, } añ. n. xxx.  
 Sebesten,  
 Passularum enucleatarum, 3. xiiij.  
 Ficum siccarum pinguium, } añ. n. x.  
 Dactylorum pinguium, }  
 Penidiarum albarum, lib. ij.  
 Fiat Syrupus.

*Syrup. de Hyssopo Mesues.*

In hoc Syrupo Mesues oblitus est aquae, in qua parandum est decoctum





ex omnibus medicamentis simplicibus, demptis penidijs : nos autem, servata regula servanda in parandis decoctis, statuimus sumendas esse septem libras aquæ ad parandum hunc Syrupum sub quantitate prescripta. Et nomine penidiarum iniiciendum esse Saccharum, vel penidias esse parandas ab ipso pharmacopola, vt superius diximus. Observandum est tragacanthum gummi non ingredi coctionem, sed in tota substantia perfecto iam Syrupo.

*Vsus Syr. de hyssopo* Vtuntur medici hoc Syrupo ad expectorandam materiam contentam in thorace; & est validior multo Syrupo de liquiritia : aliquando solus exhibetur, aliquando cum alijs Syrupis pectoralibus, vt in asthma, & tussi.

## DE SYRUPPO DE Fumoterra maiori.

**A**B eodem Mesue desumitur descriptio huius Syrupi ex Antidotario, & est, quæ sequitur.

*Syr. fumiterra maiori Mesues.*

Myrabalanorum ci-	3
<b>R.</b> trinorum.	3
Myrabalanorum	3 añ. 3. xx.
chebulorum.	3
Florum borragini, vel bu-	3
glossæ.	3
Violarum.	añ. 3 vnc. j.
Absinchi.	3
Cuscutæ.	3
Liquiritiæ rasæ.	3 añ. vnc. β
Rosarum.	3
Epithymi.	3
Polipodij,	3 añ. 3. vij.
Prunorum.	n. c.
Passularum enucleatarum.	vnc. vj.
Tamarindorum.	3 añ. vnc. ij.
Calsiæ fistulæ	3

Hæc omnia bulliant in lib. x. aque vsque dum redeant ad libras tres; coletur decoctum; collaturæ adde

Succi fumiterræ de cocti,	3
& depurati.	3 añ. lib. iij.
Sacchari.	3

Fiat Syrupus.

In hoc Syrupo sunt duo medicamenta, Calsia, & Tamarindus, quæ non est opus, vt ingrediantur coctionem. Nam tantum ab est, vt suam exhibeant facultatem coctioni, vt potius propter substantiæ modum, attrahant, ac recipiant magnam humiditatem: Imo sunt ex rebus, quæ non possunt suam exhibere liquori facultatem, quin simul exhibeant substantiam. Ac proinde optimum consilium est, vt ex reliquis paretur decoctum; hæc vero duo dissolvantur in portione decocti, & per setaceum equinum manibus, aut cochleari fricata transmittantur; & dum iam Syrupus ad perfectam coctionem accedit, ipsi hæc duo addantur.

In decoquendo hoc Syrupo præcipit Mesues, assumendas esse decem aque libras, quæ coquendo redigantur ad tres: quæ profectores nobis, ipsam acuratus perpendentibus, admirationem atulit non levem; quoniam pacto, cum omnia ferre, quæ hunc Syrupum ingrediuntur, tenuis substantiæ sint, tantam in his requirat Mesues decoctionem, cum aliæ decoctiones, quæ res crassiores substantiæ recipiunt, vt lignum indum, Smilacem asperam, & alia id genus, ad summum decoquantur ad duarum partium consumptionem, & certe cum in id ipsum multos Mesues commentatores consuluerimus, nullum invenimus, qui hunc animo scrupulum exemerit. Sed illud tandem opinati sumus, statuisse Mesuem, ex Myrobalanis vtramque facultatem, & purgatricem, & corroboratricem in hunc Syrupum educere, & ad id tantam illam aquæ quantitatem assumere voluisse: sed modum ipsum id faciendi, artificis industriæ reliquisset. Qui certe modus aptissimus erit, si ex decem aquæ libris tres tantum assumas, in quas per noctem myrobalanos ipsos infundas, ac postea leviter calefacias, vt ita purgans facultas ex Myrobalanis ipsis in aquam

*Myrobalanorum vtramque facultatem præstantissimus extrahendi modus.*

de-



# De Syrupis.

31

deponatur; inde vero septem libras aquæ reliquas separatim coquas. apponens primo quidem loco Polypodium: hinc liquiritiam; tertio Myrobalanos qui fuerant in illas tres libras aquæ infusi, quarto cuscutam, deinde pruna, & passas, à quibus positis Absinthium, post id rosas, & tandem Epithimum, florem Borriginis: & ita corroboratrix facultas Myrobalanorum, secunda ista decoctione etiam extrahatur, & interim purgatrix longiori coctione non evanescat. Cumque decoctionem istam ad libras duas redegeris; tum supra dictam infusionis aquâ adiunges; sicque ad tres vsque libras paulo plus exiges. Ac ne forte existimes nobis præter rationem hunc modum fuisse confectum, cum Mesues nihil tale videatur significare; Pilulas Elephantinas in medium adducemus, in quibus conficiendis idem Mesues sine discrimine præcipit, simplicia, quæ Pilulas ipsas ingredientur, simul coquenda in duodecim libris aquæ ad duarum partium consumptionem, idque satis fieri non potest; sed industria à nobis sic paratur, ut prius simplicia omnia in libras quatuor aquæ infundantur, & vnico fervore coquantur; & cum colata fuerint, in reliquis libris octo aquæ coquantur: Sicque ex decoctione posteriori, & priori infusioni commoda materies ad pilulas comparabitur, quo scilicet, eorum simpliciam vtraque facultas tam tenuior, quam etiam terrestrior in pilulas transacta conservetur.

*Myrobalani si multum coquantur, oppilationem generant, ut facile est videre, ex Mesue c. de Myro.*

*Vfus Syr. fumiter. maioris.*

Vtuntur Medici hoc Syrupo in affectibus melancholicis, & præterea in Morbo gallico.

## DE SYRUPO DE eupatorio.

**P**Aratur hic Syrupus à Mesue in suo Antidotario, & est scheda, quæ sequitur.

Radicum Apij. ——— }  
Fœniculi. ——— } añ. 3. vnc. ij.  
Endivix. ——— }  
Syr. Eupatorij Mesues.

Liquiritiæ. ——— )  
Schœnanti. ——— )  
Cuscute. ——— ) añ. 3. viij.  
Absinthij. ——— )  
Rosarum. ——— )

Capillorum veneris. ——— }  
Bedegar. ——— }  
Suchaha. ——— }  
Florum Buglossæ, aut radicem eius. añ. 3. viij.  
Anisi. ——— }  
Fœniculi. ——— }  
Eupatorij. ——— }

Raved. ——— }  
Mastiches. ——— } añ. 3. iij.

Spicæ. ——— }  
Asari. ——— } añ. 3. ij.  
Folij. ——— }

Fiat eorum decoctio, in lib. viij. aquæ ad tertiam; coletur, & colaturæ adde

Sacchari. lib. iij.  
Succi Apij. ——— }  
Succi Endivix. ——— } añ. q. 5.  
Fiat Syrupus.

*Bedegar, & Suchaha loco, quid sumendum.*

In primis pro Bedegar, & Suchaha, quæ duo medicamenta sunt, accipiunt officinæ chamæleon album, & nigrum, id est, radices illas, quæ ex montibus Pyrenæis adferuntur, & istis deficientibus radices Carlinæ imponendas esse censemus.

*Succorum quantitas imponenda in Syr. Eupatorij.*

Secundo est advertendum quantitatem succorum, de quibus habet Mesues, quod sufficit, desumendam esse ex Syrupo præcedenti de fumiteræ, scilicet, maiori; in quo pro tribus libris Sacchari accepit Mesues libras tres succi Fumiteræ; ac proinde in hoc de Eupatorio cum sint librarum quatuor Sacchari, sunt iniiciendi librarum duæ succi Apij depurati, & librarum duæ succi Endivij depurati.

*Rhabarbari vtræ que facul*

Et ut vtramque facultatem ex Rhabarbaro extrahamus, ita est ac-



ratem ex-  
trahendi  
ratio.

cupiendum; vt contusum Rhabarbarum (quod intelligitur nomine Raved) infundamus in vncijs tribus aquæ ferventis, vel alicuius ex succis prædictis; & transactis quatuor horis exprimatur substantia illa expressa, quæ remansit in panno; & injiciatur inter coquendo suo tempore. Deinde iam absoluto decocto, additis Saccharo, & succijs, & coctis ad punctum Syrupi in fine coctionis Syrupi addamus liquorem illum, quem habemus ex Rhabarbaro expresso; ac inde habebimus ex ipso roborandi facultatem, tum etiam & facultatem aperiendi obstructiones. Rhabarbarum enim vtraque hac facultate prædictum est; si enim aliter injiciatur, altera debet deperdi, vt si in principio coctionis injiciatur ita, vt facultas roborandi debeat transire in liquorem, cum ad id indigeat longa coctione, ex necessitate deperdetur facultas aperiendi obstructiones; quod si in fine coctionis addamus Rhabarbarum per tam brevem coctionem tantum extrahemus facultatem aperiendi; minime vero facultatem, quæ ipsi inest roborandi. Proinde ergo, vt dictum est, altera per infusionem, altera vero per coctionem erit extrahenda.

Vsus Syr.  
de Eupato-  
rio.

Vtuntur Medici hoc Syrupo in intemperie frigida hepatis, à cuius abstruccionibus liberat hic Syrupus.

### STRYPVS ACETOSVS simplex.

**H**IC Syrupus à Mesue paratur; cuius hæc est descriptio.

*Syrupus acetosus simpl. Mesue.*  
℞. Sacchari albi. lib. v.  
Aquæ fontanæ. lib. iiij.  
Coquantur, vsque dum clarificetur Saccharum; tunc adde Aceti albi. lib. iiij.  
Fiat Syrupus.

Hic Syrupus ita paratus, vocatur mediocris facultatis à Mesue; si ye-

ro accipiantur libræ quatuor aceti, vocatur fortis, si autem accipiantur libræ ij. aceti, vocatur levis: sed cum tribus libris aceti servatur in officinis.

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad incindendam materiã crassam propter acetum, & ad bilem compescendam. *Vsus Syrupi acetosi.*

### DE STRVPO ACETOSA.

**P**Aratur hic Syrupus Magistra-  
lis ex succo Acetosæ depurato, & Saccharo portionibus paribus. *Syr. Acetosæ Magistralis.*

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad compescendum bilis ferborem, & ad roborandas partes internas; quo tiam nonnulli vtuntur in constitutionibus pestilentibus. *Vsus Syrupi acetosæ.*

### DE OXIMELLE composito.

**P**Aratur hæc descriptio à Mesue in Antidotario sub nomine Secaniabin de radicibus; & est quæ sequitur.

℞. Corticis radicis Apij. }  
Corticis radicis Fœniculi. } añ. vn. ij. *Oximel cõpositũ Mesue.*  
Seminis Anisi. }  
Seminis Apij. añ. } vnc. j.  
Seminis Fœniculi. }

Proijciantur super hæc aceti boni, veteris, & albi lib. x. aquæ lib. xx. dimittantur per diem, & noctem; deinde coquantur ad consumptionem tertiæ partis: collaturæ adde Mel, quod sit mediætas eius: coquantur ad formam Syrupi.

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad incindendos humores crassos, & lentos; provocat etiam vrinam propter illas radices diureticas. *Vsus Oximellis cõpositi.*



## DE OXIMELLE Scillitico.

**H**IC Syrupus etiam paratur à Mesue in suo Antidotario hac ratione.

*Oximel  
Scillitico  
Mesues.*

**R**. Mellis despumati. — lib. iij.  
Aceti Scillitici. — lib. ij.  
Coquantur, & despumentur; & perficiatur decoctio eius sicut diximus in speciebus Secaniabin. Quibus ex verbis colligitur aquam esse addendam, & etiam ex eo, quod habet Mellis despumati.

*Vsus Oxi  
mellis Scil  
litici.*

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad inscindendum, & attenuandum humores contumaces in thorace existentes, quando reliqui non possunt hoc præstare.

## DE SYRUPO DE Epithimo.

**P**aratur hic Syrupus ex Antidotario Mesues, & habet, que sequuntur.

*Syrup. Epi  
thimi Me  
sues.*

Epithimi boni cretensis. 3. xx.  
**R**. Myrobalanorum citrinorum. } añ. 3. xv.  
Myrobalanorum Indorum. }  
Cuscuta. ————— } añ. 3. x.  
Fumiterræ. ————— }  
Thymi. ————— )  
Calamintæ. ————— )  
Buglossæ. ————— )  
Myrobalanorum emblicorum. ————— )  
Myrobalanatum belliricorum. añ. 3. vj.  
Equiritiæ. ————— )  
Polypodij. ————— )  
Agarici. ————— )  
Stœchados. ————— )  
Rosarum. ————— )  
Seminis Fœniculi. añ. 3. ij. ß.  
Anisi. ————— )  
Prunorum. ————— ) n. xx.

Passularum enucleatarum. vnc. iij.  
Tamarindorum. vnc. ij. ß.  
Fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ, idest, in lib. vij. vsque dum sint absumptæ, lib. ij. & ß.  
Sacchari. lib. iij.  
Rop vini. lib. ij.  
Fiat Syrupus.

In parando decocto huius Syrupi, & si Mesue non accipiat aquæ quantitatem, accipiendæ sunt libræ septem; ex quibus sunt absumendæ lib. ij. ß. & libra vna & semis, (vt experientia comprobatum est) imbuitur in substantia sicca medicamentorum, vt in Myrobalanis, Epithimo, &c. quantitas, quæ super est, idest, lib. tres cum Saccharo igni exponuntur, & in fine coctionis additur Sapa; adduntur etiam & tamarindi non aliter, atque dictum fuit in Syrupo de fumo terræ composito.

Agaricus, antequam ingrediatur coctionem huius Syrupi, humectandus est; alioquin semper superiores partes decocti petet, ac inde nequit eius facultas liquori communicari; vel addendus est in ligatura.

Vtuntur Medici hoc Syrupo ad præparandam, & simul evacuandam bilem adustam in scabie, & pruritu, & in Elephantico affectu incipienti, & præterea in mania, & melancholia.

*Vsus Syru  
Epithimi*

## DE SYRUPO DE Stœchade.

**H**uius descriptio desumpta est ex Mesue Antidotario, & est hæc.

Florium Stœchadis. — 3. xxx  
**R**. Hæscæ, id est thymi. — }  
Calamintæ. — añ. 3. x.  
Origanum. ————— }  
Anisi. ————— }  
Pyrethri. ————— } añ. 3. vij.  
Piperis longi. ————— } 3. iij.

*Syrup. Stœ  
chadis Me  
sues.*



Zingiberis, \_\_\_\_\_ 3.ij.  
 Passularum enucleatarum. vnc. iij.  
 Fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ; colaturæ adde  
 Mellis, \_\_\_\_\_ lib. v.  
 Fiat Syrupus & condiatur cum  
 Cinnamomi, \_\_\_\_\_  
 Calami aromatici,  
 Spicæ,  
 Croci, \_\_\_\_\_ añ. 3. j. ß.  
 Zingiberis,  
 Piperis nigri,  
 Piperis longi, \_\_\_\_\_

Hæc centusa, & ligata in panno raro suspende in Syrupum fere in fine coctionis, & crebro exprime ligaturam cochleari quodam, vt sic extrahatur aromatum facultas.

Hic coque omisit Melues aquæ quâtitatem ad parandam coctionem; sed octo lib. aquæ sunt accipiendæ, ex quibus duæ absumuntur, vna imbibitur in siccis medicamentis: super sunt quinque ad coquendum Mel ad Syrupi formam.

*Vsus Syrupi Stheadis.* apoplecticis, in convulsione ex repletione, & similibus affectibus.

**STRVVS DE ARTEMISIA.**

**H**IC Syrupus desumitur ex Matthæo de gradi 9. ad Almanforem, cap. 24. de retentione menstruorum, seu eorum provocatione, & de facilitando partum. Et recipit, quæ sequuntur.

*Syr. Artemis. Mat. de gradibus.*  
 Artemisiz, \_\_\_\_\_ M. ij.  
 Pulegij, \_\_\_\_\_  
 Calaminthæ,  
 Origani,  
 Melissa,  
 Persicariæ non maculatæ,  
 Sabinæ,  
 Maioranæ,  
 Chamædryos,  
 Hypericonis,

*Persicaria que imponenda est, Hydrops per alio nomine vocatur. nã*

Canapityos, id est, iuæ arthetica,  
 Sumitatum Matricariæ florentis,  
 Centauræ minoris,  
 Rutæ,  
 Betonicæ,  
 Abugilissæ,  
 Radicum Apij,  
 Radicum Petroselinis, añ. M. j.  
 Radicum Asparagi,  
 Radicum brutci,  
 Radicum Saxifragiæ,  
 Radicum Enulæ,  
 Radicum Cyperi,  
 Dictamni cretici,  
 Radicum rubæ tinctorum,  
 Radicum Iridis,  
 Radicum Pæoniæ,

Seminis Iuniperi, \_\_\_\_\_  
 Seminis levistici,  
 Seminis Petroselinis,  
 Seminis Apij,  
 Seminis Anisi,  
 Seminis Nigellæ, añ. vnc. ß.  
 Carpobalsami,  
 Costi,  
 Alari,  
 Pyrethri,  
 Calsiæ lignæ,  
 Cardamomi,  
 Calami aromatici,  
 Phu, id est Valerianæ,

Coquantur hæc omia in lib. viij. aquæ ad consumptionem trium librarum; colaturæ adde Sacchari, \_\_\_\_\_ lib. iij. Fiat Syrupus.

Vtuntur Medici hoc Syrupo, dum reliqua non possunt; ad mentes movendos ex multitudine humorum crassorum retetos; habet enim insignem vim in scindendi, & attenuandi, simul etiam & tergendis; sed moior est vis inscindendi.

**DE STRVPO OXISACHARE COMPOSITO.**

*maculata asiringens est, & tepe ramento jri gi. o pradi sa.*

*Abugilissa dictionem, ex aut oris contexture stitimus, pro qua per posam legebatur in glissa. Est aut Abugilissa species Anthis herbarijs lactuca Asi ni vocata de qua agit Avicenna l. 2. cap. 19. C. 442.*

*Vsus Syr. artemisiz*



PARATUR hic Syrupus ex Arnaldi sententia hac ratione.

*Oxifac-  
chara cō-  
posita Ar-  
naldi.*

**Rx.** Capillorum vene-  
ris, \_\_\_\_\_  
Scolopendriæ, id  
est, ceterach, \_\_\_\_\_  
Tricomanes, idest, Po-  
lytrichi, \_\_\_\_\_  
Hepaticæ, \_\_\_\_\_  
Violariæ, \_\_\_\_\_  
Endiviæ, \_\_\_\_\_  
Radici Fœniculi, \_\_\_\_\_  
Radici Rusci, \_\_\_\_\_  
Radici Asparagi, \_\_\_\_\_  
Radici Graminis, \_\_\_\_\_

añ. M. j. ß.

Florum Violarum, vnc. iij.

Seminis Melonum, \_\_\_\_\_  
Seminis Cucurbite, \_\_\_\_\_  
Seminis citrulli, \_\_\_\_\_  
Seminis cucumeris, \_\_\_\_\_  
Seminis Scariole, añ. 3. j. ß.  
Seminis Lactucæ, \_\_\_\_\_  
Seminis Portulacæ, \_\_\_\_\_  
Seminis Rusci, \_\_\_\_\_  
Seminis Asparagi, \_\_\_\_\_

Infundantur radices in succo ma-  
lorū granatorū acetosorum per spa-  
tium trium dierum; & quarto die  
addatur tantundem aquæ; coquan-  
tur, & suis temporibus reliqua me-  
dicamenta gradatim addantur; co-  
laturæ adde

Sacchari, \_\_\_\_\_ lib. ij.  
Fiat Syrupus.

Ad quem parandum omnia me-  
dicamenta recentia sunt accipienda,  
exceptis illis, quæ non possunt ac-  
cipi.

*Vsus Oxifac-  
sachar. cō-  
positæ.* Utuntur hoc Syrupo Medici ad  
deobstruendum, & præsertim me-  
tum vrinatorium; id demonstrant  
radices vreticæ, & semina frigida  
maiora.

**DE SYRUPO DE  
duabus radicibus.**

PARATUR in officinis hic Syru-  
pus ex Mesues Antidotario, quem vocant nonnulli aceto-  
sum compositum, & acipit hæc.

**Rx.** Radicum Apij, \_\_\_\_\_ }  
Radicum Fœniculi, añ. } vnc. iij.  
Radici Endiviæ, \_\_\_\_\_ }  
Seminis Endiviæ, \_\_\_\_\_ vnc. ß.  
Seminis Apij, \_\_\_\_\_  
Seminis Fœniculi, añ. } vnc. j.  
Seminis Anisi, \_\_\_\_\_

Coquantur lento igne in lib. x.  
aquæ, ad consumptionem quinque  
librarum; collaturæ adde  
Sacchari, \_\_\_\_\_ lib. iij.

Deinde additur Acetum quantum  
libet pro varijs scopis. Hæc Mesues.

De quantitate Aceti nihil dixit  
Mesues, quoniam in Syrupo aceto-  
so simplici de eo verba fecit. Proin-  
de ergo mediocri facultate præditus  
paratur in officinis hic Syrupus ra-  
tione Aceti. Vnde lib. vij. cum di-  
midia, ex Sylvij sententia, commen-  
tario in hoc Syrupo, sunt accipien-  
dæ; sed nobis, vt pace tanti viri di-  
camus, non placet hæc sententia, cum  
proportione non respondeat quanti-  
tati Sacchari acceptæ in Syrupo ace-  
toso simplici. Ex illo ergo Syrupo  
desumitur quantitas Aceti, & cum  
pro quinque lib. Sacchari accipiat  
Mesues lib. iij. Aceti, nunc libris tri-  
bus Sacchari accipiendæ sunt Aceti  
lib. vna, vnc. novem, & semis, gra-  
na decem, & octo.

Utuntur Medici hoc Syrupo, ad  
aperiendas obstructions hepatis, lie-  
nis, & Renum.

**SYRUPVS DE VINI  
que radicibus.**

Quemadmodum Syrupus supe-  
rior vocatur de duabus radi-  
cibus, quoniam ex quinque  
radicibus diureticis duas recipit, ra-  
dicem Apij, & radicem Fœniculi;



pari ratione hic Syrupus vocatur de quinque radicibus, quoniam omnes radices vreticæ veniunt in eius compositionem.

Huius Syrupi descriptio incerti est auctoris, & hoc modo paratur;

℞. Radicum Apij, \_\_\_\_\_  
 Radicum Fœniculi, \_\_\_\_\_  
 Radicum Petroselinii, añã. 3. ij.  
 Radicum Asparagi, \_\_\_\_\_  
 Radicum Rusci, \_\_\_\_\_

Coquantur in lib. vj. aquæ fontanæ ad tertie partis consumptionem; collaturæ adde

Sacchari, \_\_\_\_\_ lib. iij.  
 & in fine coctionis

Aceti, \_\_\_\_\_ vnc. v. iij.  
 Et fiat Syrupus.

Alij addunt prædictis seminibus feminis Apij, feminis Fœniculi, & Petroselinii añã. vnc. j. sed in nostris officinis absque his seminibus paratur; & licet, hic Syrupus recipiat acetum, indiget tamen ovi albumine ad clarificationem; quoniam pauca est aceti quantitas; idem intelligendum est in Syrupo de Endivia composito. Nam præceptum superioris traditum locum habet in Syrupis, qui maximam aceti, aut rei acidæ recipiunt quantitatem.

*Vsus Syrupi de quinque radicibus.*

Medici vtuntur hoc Syrupo iisdem affectibus, ad quos exhibent Syrupum superius propositum.

## DE DIA CODIONE

*utroque.*

**A**Nnis proxime elapsis parabatur dia Codion vtrumque ex Mesues sententia, desumpta descriptione ex illius Antidotario, quæ recipiebat decem capita papaveris albi contusa, licet, Mesues tantum habeat decem capita papaveris; Sed pharmacopola accipiebant capita papaveris albi: quod cum animadverterent medici quidam Valentini, restituendam veram dia Codionis ex papavere nigro descrip-

tionem diligenter curaverunt, cum papaverum nigrorum magna copia in horto Ioannis Baptistæ Cabrerizo pharmacopola Valentini suppetat. Hinc factum est, vt iam sit vfitatissima, quod antea minime contigerat; vera dia Codionis descriptio, desumpta ex Galeno 7. de compo. medi. secundum locos, vbi varias adfert dia Codionis compositiones: Sed hæc est, quæ paratur in officinis;

℞. Decem capita papaveris nigri, media inter magnitudinem, & parvitatem, & media inter humiditatem, & siccitatem; & hæc capita contusa infunde in lib. j. & ꝑ. Aquæ pluuiialis; deinde coquantur ad dissolutionem, vel ad consumptionem duarum partium aquæ; exprimantur capita; & collaturæ adde Mellis vnc. iij. vel Sapa vnc. iij. vel Mellis, & Sapa añã. vnc. j. & ꝑ.

*Dia Codion Galeni.*

Ex quibus colligimus tres esse differentias dia Codionis; alteram, quæ paratur ex solo Melle, alteram, quæ paratur ex sola Sapa; tertiam vero quæ paratur ex Melle simul, & Sapa. Officina tamen duas tantum differentias seruant, dia Codionis, scilicet, cum sola Sapa, & dia Codionis cum sola Melle. Nam Medicus habet ꝑ. Diacodion cum Melle, & Sapa, vel ꝑ. Dia codion absque addito, tunc pharmacopola exhibent ipsi partes portiones vtriusque compositionis.

*Dia Codionis tres differentie*

Placuit recensere dia Codion inter Syrupos; est enim decoctum Sapatum, vel Mellitum.

Vtuntur medici dia Codione cum sola Sapa in distillationibus humoris acris, & mordacis, tum etiam in diarrheis biliosis, & aliquando ad inducendum somnum, cum Melle vtuntur ad inscindendam, & attenuandam materiam existentem in thorace; quod si vterque affectus coniugatur, tunc vtroque Diacodione vtuntur.



DE SYRUPO DE Iuiubis.

**H**IC Syrupus parabantur quidem paucis ab hinc annis: sed illius vsus perijt; quia tamen optimus est in quibusdam affectibus, vt in pleuritide, & in alijs, in quibus educendus est humor per sputum, proinde eius compositionem adducimus, quam tradit Mesues hac ratione;

**R.** Iuiubarum ab ossibus mundatarum. n.c.  
Aqua, lib. iij.  
Coquantur ad consumptionem duarum librarum; colaturæ adde Sacchari, lib. j.  
Fiat Syrupus.

Quod si alicui placuerit hunc Syrupum magis compositum habere, inueniet eius compositionem in Mesue Antidotario.

DE SYRUPO DE Asplenio, idest, Ceterach.

**H**VIUS Syrupi duæ sunt descriptiones; altera est simplex, quæ hac ratione se habet;

**R.** Foliorum Ceterach recentium, lib. j.  
Aqua, lib. iij.  
Bulliant lento igne tribus, aut quatuor fervoribus; colaturæ adde Sacchari, lib. j. & ß.  
Fiat Syrupus.

*Vsus Syrupi Scolopendriae.*  
Vtuntur hoc Syrupo ad lienem de obstruendum; immo inter medicamenta securissima, ac simul validissima nullum est præstantius ipso Ceterach ad deobstruendum lienem. Paratur, & alia compositio composita, quæ sic se habet;

**R.** Polipodij quercini, an. vnc. ij.  
Radicum vtriusque Buglossæ.  
Corticum radices Capparis, an. vnc. ij.  
Corticis radices Tamaricis, lib. ij.  
Scolopendrij veri, idest, Ceterach, M. vj.  
Lupuli Salictarij, lib. ij.  
Cuscutæ, an. M. ij.  
Capillorum veneris, an. M. ij.  
Myricophilli, lib. ij.

Fiat decoctio in lib. vij. aquæ ad consumptionem trium librarum; colaturæ adde

Sacchari, lib. ij. ß.  
Fiat Syrupus, & aromatizetur cum 3. iij. Cinnamomi.

DE SYRUPO DE Mucilaginibus.

**H**VIUS Syrupi descriptionem adfert Mattheus de Gradis cap. de ardore vrinæ num. xvj. circa finem hoc modo;

*Syrup. de Mucilaginibus Matthei de Gradis.*

**R.** Seminis Malvæ, an. vnc. j.  
Seminis Althææ, an. vnc. j.  
Seminis Cydoniorum, an. vnc. j.  
Gummi Tragacanthi, 3. iij.  
Infundantur hæc quatuor in aqua tepida decoctionis Malvarum, seminis Papaveris albi, gran. Alchechengi, singulorum partes æquales; deinde elapsis sex horis, fiat expressio supradictorum seminum; & confice Syrupum hac ratione;

**R.** Prædictorum mucilaginum, vnc. vj.  
Decoctionis supradictæ, lib. j.  
Sacchari, vnc. viij.  
Fiat Syrupus igni lento.

Vtuntur medici hoc Syrupo in ardore vrinæ, diluto cum decocto malvarum, aut seminum communium recentium.

DE SYRUPO DE Bertonica.



# De Syrupis

**D**va descriptiones Syrupi de Betonica in officinis servantur, quarum vna Magistralis vocatur, & est Ioannis de Maulis in opere, quod inscripsit Lumen maius, altera sub descriptione exhibita à doctissimo Medicinæ doctore Ioanne Plaça Valentino; illius schedula magistralis est, & habet in hunc modum;

<b>Rx.</b> Betonica, _____	M. ij.
Ruta, _____	} M. β.
Celidonia,	
Fragaria,	
Eufragia.	
Levistic,	
Pulegij,	
Camedreos,	
Roris marini,	
Origani,	
Foliorum lauri,	
Salvia,	
Hysopi,	
Liquiritia,	
Rubæ tinctorum,	
Cariophylata, _____	} añ.
Seminis Anisi, _____	
Seminis Anethi,	} vnc. j. β.
Seminis Ameos,	
Seminis Petroselini,	
Seminis Lactuæ, _____	
Rosarum, _____	} añ.
Florum Borriginis, _____	

*Cariophylla dicta fuit, quia radices odoris cariophylli sunt asperant.*

Coque omnia ex arte, & cum Saccharo q. s. fiat Syrupus.

Quantitas aquæ, quæ imponenda est ad coctionem huius Syrupi, sunt lib. vij. β. vt redigantur ad lib. v. & cū li. ij. β. Sacchari paretur Syrupus.

Vtuntur medici hoc Syrupo ad dolorē capitis, & frigiditatem ventriculi.

## SYRUPVS DE BETONICA alius à Doct. Plaça Valentino paratus.

<b>Rx.</b> Camedreos, _____	} M. j.
Salvia montana,	
Pulegij montani,	
Mayorana,	

*Syr. de Betonica doct. Plaça Valentini.*

Ruta montana, neque humida, neque admodum sicca, _____	M. β.
Betonice, _____	M. ij.
Seminis Anisi, _____	} vnc. j. β.
Seminis Petroselini, _____	

Fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ colaturæ adde Sacchari, quantum sufficit, & fiat Syrupus.

Quantitas aquæ destinata ad hunc Syrupum parandum erit lib. v. & simplicia medicamenta coquenda sunt ad consumptionem lib. ij. colaturæ adduntur Sacchari lib. ij. nam in hac quantitate erit Syrupus perfectus.

Vtuntur hoc Syrupo ad eodem effectus, ad quos superiore Syrupo de Betonica magistrali, sed multo valentior hic Syrupus est.

*Vsus Syr. de Betonica Doct. Plaça.*

## SYRUPVS DE CICHOREA.

**T**raditur hic Syrupus à Nicolao Florentino lib. 5. de Opilatione Epatis, ex causa calida, & vera Schedula est, quæ sequitur.

Endivię domesticę, _____	} añ.	} M. ij.
Endivię sylvestris, _____		
Cichorea, _____	} añ.	} M. ij.
Taraxacon, _____		

*Syr. de Cichorea.*

Cicerbita,	} añ.	} M. j.
Epatica,		
Lactuæ,		
Fumariz,		
Lupulorum _____		

Hordei non excorticati,	} añ.	} vnc. j.
Alchechengi,		

Liquiritia,	} añ.	} 3. vj.
Capilli veneris,		
Ceterach,		
Politrichi,		
Adianti,		
Cuscuta,	} añ.	} vnc. ij.
Radicum Apij,		
Radicum Fœniculi,		
Radicum asparagi,		

*Per.*



Ferveant in aqua sufficienti; co-  
lentur, & cum Saccharo albo fiat Sy-  
rupus.

Non parum agitata est questio in-  
ter auctores in his vocis barbaris des-  
criptis, inter quos Iacobus Silvius  
in sua Pharmacopea agens de Syrupo  
de Cichorea admonet; nescis anxius in  
harum vocum cognitione, cum num-  
quam quisquam pervenit, nec certe  
definit veram, nec legitimam des-  
criptionem harum plantarum. Sed  
nos, quantum potuimus, in lucem  
historiam earum tradere, ex varijs  
auctoribus collectam, conati sumus,  
vt pro.

Endivia domestica intelligas plan-  
tam, quam Scariolam, vel Scarolam  
vocamus; quæ vera, & legitima En-  
divia domestica est,

Pro Endivia sylvestri, herbam  
illam, quam nostri herbarij pro En-  
divia quotidie vendunt quæ Condril-  
la herba est, nascens in hortis, in lo-  
cis aquosis.

Pro Cichorio verum Cichorium,  
& legitimum à Dioscoride Seris vo-  
catum.

Pro tarasacō rostrum porcinum,  
quod Sonchus Dioscoridis est.

Pro Cicerbita, herbam, quæ dens  
leonis vocatur, quæ species Endiviæ  
est, luteum referens florem. Sed Syl-  
vius in presenti Syrupo non Cicerbi-  
tam, sed Cucurbitam descripsit. Re-

vera tamen Cicerbita est imponen-  
da, vt ex varijs auctoribus colligi-  
tur, & præcipue ex auctore, de quo  
Syrupus desumitur.

Sed cum hæ plantæ non semper ad  
manum sunt, & ne anxia errandi ali-  
cui tribuatur, pro his omnibus specie-  
bus Endiviæ, domestica Endivia, Scha-  
riola dicta & verum Cichorium potest  
sustitui; cum omnes aliæ species En-  
diviæ fere semper lactescant, à quo  
maxime fugiendum est, vt superius  
diximus.

Quid pro Adianto in hoc Syrupo  
fit imponendum, cum proprie Adian-  
tum capillus veneris sit, & cum in  
hunc Syrupum Adiantum, & Capil-  
lus veneris ingredientur, dubita-  
bit aliquis, licet, Adiantum album  
vocatam reperiatur, herba Capil-  
laris nascens in umbrosis, & caber-  
nosus locis; sed quia illius vsum of-  
ficinæ non tenent, non erit alienum  
à ratione pro Adianto, & Capillo  
veneris imponere Capillum veneris  
nostrum.

De quantitate Aquæ, cum auctor  
non assignet eam, quæ imponenda est,  
tu accipe lib. vij. ℥. aquæ, & coque  
ad partis tertie consumptionem; co-  
lentur; adde expresso, Sacchari lib.  
ij. ℥. per coque in Syrupum frican-  
do in eius libris singulis Rhabbarbari  
℥. iij. in panno raro ligatas cum  
Spicæ nardi scrupul. iij.

## DE MELLICRATO, ET HYDROMELLE.

**Q**VAMVIS apud antiquos  
duo hæc nomina Mellic-  
cratum, & Hydromel,  
diversa esse videantur, ta-  
men si nominis vim ex-  
pendamus, & compositionem, Hydro-  
mel à Mellicrato non distinguitur;  
cum mixtio sit Aquæ & Mellis; quod  
& nomen ipsum indicat.

Hydromellis, & Mellicrati (quod  
à Latinis Aqua multa vocatur) fre-  
quens fuit vsum apud antiquos, quem  
admodum constat ex Homero anti-  
quissimo vate, & potissimum ex Hip-  
pocrate 3. de victus ratione in acu-  
tis; de quo fulsissime agit, illiusque  
utilitates, & damna tradit; nec mi-  
rum, quod in frequenti vsum esset,

cum



cum sit alimentū medicamentosum, suave, odoratum, & facile parabile.

Mellis, & Aquę mixtio non fuit vnica, & simplex, sed multiplex, & varia pro varijs Scopis, & indicationibus; hinc factum fuit; vt Hippocrates 3. de victus ratione in acutis, in dilutam, sive aquosam, & meratiorem dividerit; & cum Hippocrati familiaris sit consuetudo, vt positis extremis, medium sub intelligatur, factum fuit, vt Galenus, diligentissimus eius inte pres, Mulsam, sive Mellicratum, in tres partes distribuerit 8. methodi medendi cap. 4. Est enim Mulsam diluta, & aquosa, media, & meracissima.

Methodum autem, & rationem componendi veteres omiserunt; forsitan, quia illud nimis vulgare erat suis temporibus, vel quod totum hoc negotium Medico committerent, vt intellectis affectibus, quos curare aggrediebantur, exacte parent. Solus Galenus inter Gręcos antiquos 4. sanitatis tuendę, Mulsam parat ex vna parte Mellis, & quatuor partibus purissimę Aquę; ita mixtis coquit simul, donec spuma detracta fuerit. Dioscorides 5. lib. agens de Mellicrato, ad duas partes Aquę, vnam Mellis adiungit, eamque coquit, vt despumetur Mel Tradit & alteram compositionem Mellicrati, meracioram tamen. Nam cum duabus partibus Aquę vnam partem Mellis miscet, illasque decoquit ad tertias. Paulus inter recentiores Gręcos ad octo Aquę partes vnam partem Mellis apponit. Posteriores ijs quidam Galenum secuntur; alij vero Dioscoridem, non pauci Paulum Æginetam; sed hanc controversiam non ita facile dissolvunt, cum ex rei natura ista non expendant; proinde non constat inter illos, qualis Mulsę compositio tradi possit: quod si dicant, mediocrem se intelligere, in eo tamen arguendi sunt, quod dilutę Mulsę, & meracissimę compositiones non tradiderint.

Nos vero coniectura artificiosa ducti, brevitate, qua possumus, rem hanc explicamus, sumentes initium à meracissima Mulsam, in qua multum Mellis apponitur, & parum Aquę, ad quam parandam multo Melli & copioso, addendum est tantum Aquę, quantum sufficiens sit, vt fundi possit, & liquari Mel; quod intelligemus, si huiusmodi Mel, fufum, & liquidum ab Aqua se insinuet per poros, & meatus cutis. Hęc compositio fallax non est, sed perpetua, & quę neminem decipere possit; quoniam non traditur idem Mellis genus, sed varium, & pro varietate loci, temporis, & alimenti, quo vescuntur Apes; atque ita compositio ista mulsam meracissimę maxime est artificiosa, & à Gal. 8. Methodi cap. 4. commendata. Hinc apponitur aquosa Mulsam, & diluta, quę multum habet Aquę, & parum Mellis, quę utebantur veteres ad sitim compescendam; & cum Mel solum habeat rationem vehiculi in ista mixtione, vt citissime permeet Aqua per totum corpus, fit, vt in exigua quantitate apponatur; & vt res magis innotescat, ad octo, vel novem libras Aquę vnciam vnam Mellis adiungimus: quemadmodum hodie facitare solēt medici in febribus ardentibus. Nam ad multam Aquę quantitatem dimidiam vnciam Sacchari apponunt, quę potio ex Saccharo, & Aqua confecta, præstantior iudicatur, cum ex Saccharo minus calido, magis suavi, quam Melle, paratur. De huiusmodi aquosa Mulsam ad sitim extinguendam locutus fuit Hipp. 4. de Vict. ratione in acutis sententiã 5. & Gal. 3. de Vict. ratione in acutis, dum mixtionem Aquę Mulsę tradit. Est etiam, & diluta Mulsam, quę libram vnam Mellis accipit, ad duodecim, vel quindecim libras Aquę; ceterę vero Mulsę mediocres dicuntur, qualis illa Pauli est, quę ad octo partes aquę vnã Mellis accipit; & Galeni 4. sanitas tuendę, quę ad quatuor partes Aquę vnam Mellis admitit; nam Dioscoridis mulsę, tam

*Mulsam  
meracissima*

*Mulsam  
& diluta,  
quę multum  
habet Aquę,  
& parum  
Mellis,*

*Mulsam  
mediocrem  
dicuntur.*



ea quę ad duas partes Aquę vnā Mellis accipit, & quę coquitur ad despumationem Mellis; quam ea, quę ad tertias coquitur, inter meracissimas Mullas sunt reponendę, vt hic seruetur gradus, & ordo; meracissima est Mulla Dioscoridis, quę ad duas partes Aquę, vnā Mellis addit, & ad despumationem coquitur: hac meratior est altera Dioscoridis, quando seruata eadem quantitate simplicium, ad tertias quoquitur; sed omnium meracissima iudicatur, quādo multo Melli hęc quantitas aquę adiungitur, quę tundere possit Mel; quod intelligemus, si Mulla se insinuet per meatus; idem iudicandum est de diluta, & aquosa Mulla; nam ea, quę recipit vnciam vnā Mellis ad multam Aquam, hoc est, ad decę, vel duodecim libras Aquę, omnibus ceteris est aquosior, nimis autem aquosa dicitur, quando ad lib. vnā Mellis duodecim, vel quindecim aquę miscemus: sed neque mediocriter atitudine caret; nam ea quę recipit vnā partem Mellis, & quatuor aquę mediocriter dicitur; quę admodum, & altera, quę ad vnā partem Mellis, sex lib. Aquę recipit, & in eodem ordine Pauli Mulla reponitur, quę ad vnā Mellis partem octo Aquę miscet. Quę omnes differentię vtilissimę sunt in morbis profigandis, sumpta indicatione ex morbi natura, ætate, sexu, corporis habitu, studio vitę, anni tempore, cęli statu, & regione. Calidis enim morbis ex vsu non est Mulla, sed frigidis potius; naturę calidę Mel respuunt, frigidę admittunt; qui aucti sunt dulcibus, citra noxam Mel sumunt; in suctis vero Mulsę vsus non probatur; in senili, & puerili ætate acomodatus est mulsę vsus, iuuenibus vero fugiendus: qui habitum habent obesum, Melle, & Mulla delectantur; qui gracilem horum vsu fugiunt; in ætate, cęli statu calido, regione calida, non probatur Mel; at in contrarijs maxime

probatur. Ex quibus constat administrandam esse hanc, vel illam ex methodo rationali per indicationes facta: atque hoc maximum fuit antiquorum artificium, multas tradentium compositiones, illalque varias, vt omnibus satisfacerent.

Parabatur compositio hęc ab antiquis potissimum ex Aqua pluuiali, quoniam hęc in compositione seruat simplicia integra, ne facile corrumpantur, & putrescant; quemadmodum constat ex Galeno 7. de compositione secundum locos describente compositionem Diacodionis, quam sententiam probavit etiam 4. sanit. tuendę; in huius tamen detectu, fontana accipi potest, vt Galenus eodem loco 7. scilicet, de compositione secundum locos commendat.

*Mellis electio.*

Mel autem eligendum est, boni odoris, in crassitie, & tenuitate medium, aurei coloris, continuum & simile, quod cognoscemus, si manibus tractemus, & in altum attollamus ita, vt sequax sit. Quod enim rumpitur, ac diuelligitur, vel aqueum est, vel partes habet dissimiles; & proinde plus iusto excrementitium est; acrimoniam habere debet, sed leuem: si acrimoniam ex thimo acceperit, medicatum est, & ad aliquos vsus maxime vtile; quemadmodum explicabat Galenus 7. Methodi cap. 6.

Inter medicamenta simplicia, quę in nostro Regno Valentino præstantissima inveniuntur, licet, in alijs Regionibus inveniuntur, sed multo præstantiora sunt nostra; vt est Saccharum, Oleum, Amygdalę, Seta, Cera dealbata, & alia innumerabilia; Mel, quod in agro Biarensi inuenitur, præstantissimum est, & tanti habetur, vt singulis annis, propter excellentiam, quam optinet, ad Summos Pontifices vasa illius plena mittantur.

*Biar; olim Alu eariū, v; quibusdā placet.*

)\*\*)





# DE VINO CONDITO

HIPPOCRATICO, QUOD A VALENTINIS VIPOCRAS APPELLATUR, ET MAGISTRALITER PARATUR IN HUNC MODUM.

**Rx.** Cinnamomi electi, — vnc. v.  
Sacchari optimi, — lib. viij.  
Vini rubri veteris optimi, — lib. xxv.

Mofchi, ————— g. vj.

Fit hac ratione; tusum Cinnamomum, & per fetaceum, ex fetis equinis confectum, transmittur, & in lib. ij. vini supradicti in vase terreo per sex horas infunditur, bene obturato, ne exhaletur; tunc accipe Saccharū, & duodecim libras vini, & misce in vase terreo. & igni admove, & cum effervescere voluerit, ab igne extrahere; cui immisce Cinnamomum, quod in vino erat infusum, & in sacculum limeum, cuius superior pars sit patula, excipiatque vinum infusum, inferior occlusa, & quæ in mucronem desinat; estque instar coli, referque manicam, immite, & totum reliquum vinum misce. Deinde accipe vinum, quod per fundum sacculi distillatum est, & de vase in vas transfunde donec clarissimum appareat. Deinde permittite excolari donec totum guttatim efluxerit in vas vitreum, & cum refrixerit, misce moschum cum paucō vino supradicto.

Vtuntur Valentini hoc vino post prandium cum ijs, quas nebulas appellant, ex Saccharo paratas; ab alijs, quia igni admotē supplicantur, supplicationes dicuntur. Plurimum valet ad adiubandum calorem ventriculi, estque optimum alimentum.

*Vsus vini Hippocratici.*

**DE VINO CONDITO albo, quod à Valent. Clara vocatur.**

**Rx.** Cinnamomi electi, — vnc. iij  
Mellis, ————— lib. vj  
Vini albi, ————— lib. xxv.

Zingiberis, ————— }  
Caryophyllum, ————— } añ. quartū n.  
Grani paradisi, ————— }

Infunde Cinnamomum, Zingiber, Caryophyllos, & Granum paradisi in duabus lib. vini supradicti, & paretur, vt vinum Hippocraticum.

Vtuntur Valentini hoc vino, vt Hippocratico; sed multo valentius calefacit.

*Vsus ex vino albo condito.*

**DE CONDITURA ex Sinapi parata, quæ à Valentini Mostalla appellatur.**

**Rx.** Sinapi in pulverem redacti, & per fetaceum equinum percolati, ————— vnc. vj.  
Mellis, ————— lib. vj.

*Sinapi conditura.*

Fit in hunc modum; imponitur Sinapi in lib. j. β. Aceti albi optimi, & boni saporis per diem; deinde Mel despumatur cum paucō vino albo, & cum Mel frigidum fuerit, Sinapis imponitur cum Melle sine vlla coctione. Nam si coquantur, vt aliqui faciunt, saporem Raphani Allij ve contrahit.

Vtuntur Valentini in cibis. Iuvat vehementer ad coctionem, & existat appetitum.

*Vsus conditura ex Sinapi.*



**DE CONDITURA**  
*ex Eruca; à Valentinis*  
*Oruga vocatur.*

**P**aratur eodem modo, vt conditura ex Sinapi.

*Vsus conditura Erucæ.*

Vtuntur in cibis ad eosdem effectus. Sed minus calfacit, quam conditura ex Sinapi.

**DE CONSERVIS.**

**E**ST alia medicamenti forma in officinis, quæ sub nomine conservæ, vel conditi circumfertur, habet consistentiam mollem, nequaquam fluxilem, sed semper vasi adæret, etiam si vas agitetur; refert enim consistentiam Mellis incrassati, aut congelati.

In parandis conservis eadem est materia, ac Syruporum, Mel, scilicet, & Saccharum, vel utrumque. Sed conservæ, quæ parantur ex Melle, semper ad ignem parantur, quæ vero ex Saccharo, extra ignem, nisi medicamentum, ex quo fit conserva, sit durum; vnde tunc temporis in minimas partes est dividendum, & deinde coquendum cum ea tantum quantitate Aquæ quæ sufficiat ipsum emollire; deinde est terendum, & per setaceum equinum transmittendum cochleari confricando, non aliter, atque extrahimus carnem cidoniorum, deinde cum Melle despumato, aut cum Saccharo dissoluto decoquantur similia medicamenta ad consistentiam prædictam; quod si ex fructibus parentur conservæ, etiam sunt eadem ratione cribandi fructus, nisi velimus integros fructus condire; sed fructuum rarus est usus in hac forma.

Frequentissime tamen parantur Conservæ ex floribus prius ad umbram repositis per quatuor, aut quinque horas, vel ex folijs dempta nervosa, & lignosa substantia, vel ex ra-

dicibus tenellis, ex quibus parantur Conservæ extra ignem, tantum optime contusis floribus, vel folijs, vel radicibus, deinde additum Saccharum simul cum ipsis teritur, dum exacte permisceantur; in vase reponuntur, & per quindecim dies soli exponuntur, vt humiditas excrementitia absumatur, cuius causa poterant condituræ putrescere.

Omnes condituræ, quæ servantur in officinis, præditæ sunt optimo sapore, vt ipsis delectentur ægrotantes. Ingrediuntur enim condituræ, vel Cardiacas compositiones, vel exhibentur in eo tempore, quod est medium inter medicamentum purgans, quod fuit exhibitum, & medicamentum exhibendum.

Quantitas Mellis, vel Sacchari ea tantum debet esse, quæ sufficiat suo lentore hæc medicamenta conservare in prædicta forma: sufficiens vero est tripla, vel dupla: sed communiter in officinis ex dupla quantitate Sacchari, vel Mellis parantur condituræ. Quod si illæ non exponantur soli, propter dictam rationem, possunt etiam igni exponi, ad levem tantum fervorem, cuius ratione, non erunt obnoxia putrefactioni. Quando parantur ex folijs plantarum, quæ statim exiccantur, vt ex Acetosa, ex Mesilissa, ex Capillis veneris, & similibus, semper sunt parandæ recentes, nisi contingat, vt quibusdam regionibus, non reperiri prædictas plantas toto anno.

**CONDITURÆ, QUÆ**  
 servantur in Officinis, sunt,  
 quæ sequuntur.

**CONDITURÆ, BOR-**  
*raginis, & Buglossæ.*

**P**arantur hæc condituræ hæc ratione.



*Conserva Borraginis, & Buglosæ.*  
**Rx.** Florum Borraginis, vel Buglosæ repositorum per aliquod spatium ad umbrā. — lib. j.  
 Contundantur optime.  
 Sacchari. — lib. ij.

Eodem modo contundantur Saccharum usque dum optime permisceatur; deinde per quindecim dies soli conditura ipsa tota exponatur, vel si mavis, igni vnico fervore semper agitando.

*Vsus conservarum Borraginis, & Buglosæ.*  
 Utuntur Medici his condituris ad refrigerandum, & humectandū transacta evacuatione medicamenti purgantis; aliquando imparandis Electuarijs ad contemperandum reliqua medicamenta.

### CONDITURA ROSARUM.

*Conserva Rosarum.*  
**E** Adem ratione paratur conditura Rosarum, demptis à foliis Rosarum vngibus, hoc est partibus adhaerentibus copullis, vt vocant Rosarum.

*Vsus conservæ Rosarum.*  
 Utuntur Medici hac conditura, ad roboranda viscera interna: habet enim vim refrigerandi, & modicam exiccandi. Quandoque vtuntur ea antiqua, id est; à cuius compositione transierint duo, vel tres anni, influenza aliqua sistenda.

*Conserva Nupharis, & vsus.*  
**CONDITURA NENUPHARIS.**

**C**onserva Nenupharis eodem modo fit. Qua vtuntur Medici ad eosdem affectus, quos in Syropo Nenupharis proposuimus.

*Conserva capillorū veneris, & vsus.*  
**CONDITURA CAPILLORUM VENERIS.**

**P** Aratur eadem ratione, & ea vtuntur Medici post exhibitum medicamentum purgans,

quando reliquantur reliquæ obstructionis, vel aliquis pectoris affectus non fuerit omnino emundatus; & præterea in aliquibus confectionibus parandis ad sistendam aliquam fluxionem per vterum.

### CONDITURA FLORUM CICHORIJ.

**F**IT eodem modo ex floribus Cerulis Cichorij, summo mane collectis. Nam orto iam sole color horum deperditur.

*Conserva florum cichorij.*  
*Vsus conservæ florum cichorij.*  
 Utuntur Medici hac Conditura, postquam fuit exhibitum medicamentum purgans, vt iecur præcipue roboretur, & à reliquijs obstructionis liberetur. Vnde in morbo gallico affectis frequentissimus est huius Condituræ vsus.

### CONDITURA MELISSÆ.

**P** Aratur ex folijs Melissa eadem ratione.

Ea vtuntur Medici in Electuarijs parandis, aut confectionibus ad flatum discutandos, vt in Palpitatione, & similibus.

### CONDITURA ACETOSSÆ.

**P** Aratur hæc ex folijs Acetosæ veræ; est enim alia Acetosa spuria, quam Oxytriphillon vocant, hoc est trifolium Acetosum.

*Conserva Acetosæ.*  
*Vsus conservæ acetosæ.*  
 Utuntur Medici hac conditura, in parandis confectionibus pestis tempore, vt in exanthematis dictis Tavardillo, aliquando vtuntur in morbillis, & Variolis.

### CONDITURA VIOLARUM.



Conserva  
Violarum  
& usus  
eius.

**P** Aratur ex floribus illis, qui Violæ Boscanæ dicuntur, ab alijs marciales, & quadragesimales. Vim habet hæc conditura corrigendi intemperiem calidam, & siccam; ex hac conditura, ut dictum antea est, paratur per annum Syrupus violarum, & hoc est, quod frequentissime fit.

### CONDITURA FLO- rum Fumiterræ.

Conserva  
fumiter-  
ræ, et usus  
illius.

**E** Odem modo fit ex Fumiterræ floribus; cuius usus extat paucis ab hinc annis, & præcipuus est in morbo gallico: roborat enim officinam sanguinis; corruptelam humorum emendat.

### CONDITURA RORIS Marinis.

Conserva  
Roris ma-  
rini.

**E** X floribus Roris marini paratur conditura cum Saccharo eadem ratione, ut supradictum est. Sed, ut calidior sit, paratur aliquando cum Melle, hoc modo;

**R.** Florum Roris marini recentium, & à folijs mundatarum. \_\_\_\_\_ lib. j.  
Mellis, \_\_\_\_\_ lib. ij.  
Aquæ Roris marini. \_\_\_\_\_ vnc. vj.

Mel cum supradicta aqua despumetur, & per duos dies flores in ipsū mel despumatū infundantur, ut tenerescant; deinde coquantur ad debitam crassitiem.

Vsus con-  
servæ Ro-  
ris mari-  
ni.

Utuntur medici hac conditura, transactis iā evacuationibus, ad capitatis affectus frigidos; ut in Epilepticis, Apoplecticis, Vertiginosis, Paralypti, convulsione, dum à frigidis humoribus fiunt; roborat enim optime ipsum cerebrum.

### CONDITURA S A L- viæ, & Stæchadis.

**P** Arantur hæc duæ conditura, ut conditura Roris marini; valent etiam ad eisdem affectus.

Conserva  
Salviæ, et  
Stæchadis,  
& v-  
sus earū

### MEL ROSATVM EX Rosis rubeis.

**P** Aratur ex Rosis rubris cum Melle, & vocatur Mel Rosatum; Magistratiter hac ratione.

**R.** Foliorum Rosarum rubearū completarum, \_\_\_\_\_ lib. ij.  
Mellis, \_\_\_\_\_ lib. iij.

Despumetur Mel cum aqua fontana; deinde immisce Rosas; & per tres dies infunde in supradictum Mel, ut tenerescant; deinde coquantur ad Mellis crassitiem.

Utuntur mulieres hac conditura *Vsus con-*  
stivo tempore ad aquæ potiones. *servæ Ro-*  
*sarum.*

### MEL ROSATVM EX Rosis Alexandrinis.

**P** Aratur ex folijs Rosarum Damascenarum, vulgo Alexandinarum, eadem ratione, ut Conditura Rosarum rubearum, & valet ad exonerandum ventrem sub quantitate vnciæ unius cum pauca aqua calida.

Conserva  
Rosarū Ale-  
xandrin-  
& usus.

Eodem modo paratur etiam Conditura Necerina, vulgo, Moscheta dicta, & præstat eisdem effectus, quos Conditura Rosarum Alexandinarū.

Cons. Ne-  
cerina.

Ex varijs alijs medicamentis, ut ex Radice Yreos, radice Enulæ campanæ parantur Conditura, sed raro describuntur, ex quibuscumque etiam folijs, ut ex Mentha, ex Calamintha & similibus, tum præterea ex quibuscumque floribus. Nihil enim aliud desideratur ad formam hanc parandam, nisi ut flores veniant recentes, tum præterea, & folia colligantur die, quo parandæ sunt Conditura, ut contingit in hac nostra regione. Per



totum enim annum possunt reperiri Acetosa, Mellissa, & Capilli veneris, & ita die, quo describuntur à medico Conditurę, sunt parandę; si vero non reperiantur, vsus tempore humectentur aliquantulum humore acommodato facultati, vt Conditu-

ra Capilli veneris; de Acetosa pauco Syrupo Acetosa, & sic de reliquis.

Varia sunt nomina huius medicamenti; nam vocantur Conservę, Cõdita, Saccharum Rosatum, Sacchari Violatum, & Saccharum Borriginatum, &c.

## DE LOCH.

**H**ÆC medicamenti forma vocatur Loch, Linctus, Alofa, & Eclegma, quia lambendo desumitur.

Habet consistentiam hæc medicamenti forma mellis mediocris consistentię, cum maximo tamen lentore; vnde constat materiam huius medicamenti esse quodcumque lentum, & glutinosum, vt Penidias, Mucilagines seminis Lini, Fœnugręci, Psyllij, radicum Alteę, Ficum, Vuarũ, passarum, Gummi Tracanthi, &c. Vnda Eclegma, sive Loch, si exalto defundatur, eo modo pendet, atque filum; & servat semper continuitatem.

Varia differentia Loch parabantur in officinis Valentinis, quarum vsus perijt, & modo tantum servantur duę differentia Loch sanum, & expertum.

### DE LOCH LENTUM.

*Loch Lentum Avicena.*

**P**aratur Loch Lentum ex Avicena sententia, & est hæc descriptio; ℞. Lentium rubearũ p. ij. coquantur modice, & eijciatur illa decoctio; deinde addatur alterius Aquę lib. ij. coquantur ad consumptionem quartę partis; tunc adde Seminis papaveris albi 3. ij. dein de transactis quibusdam fervoribus addatur Passularum enucleatarum p. j. & coquantur, dum veniat decoctum ad libram vnam; tunc adde Rosarum rubearum 3. iij. quę coquantur vnico fervore; colentur, & expri-

mantur; colaturę adde Sacchari candidi vnc. vj. Electuarii dia Tragacanthi frigidi vnc. ij. coquantur lento igne, baculo semper agitando, ad formam Loch.

Hęc descriptio desumpta fuit ex Avicena fen. p. tract. 4. cap. 20. ex Iacobo de partibus in glossa huius Canonis.

Vtuntur Medici in morbillis, & variolis ad lambendum, aliquando permiscet compositionibus cardiacis ad roborandas partes internas. *Vsus Loch lentium.*

### DE LOCH SANO, & experto.

**H**uius medicamenti compositio desumitur ex Mesue Antidorario, & sic habet. *Loch sanum, & expertum Mesue.*

℞. Cinnamomi, ————— }  
Hyssopi ficci. añ. } vnc. β.  
Liquiritiæ. ————— }

Iuiubarum. ————— } añ. n. xxx.  
Sebesten. ————— }

Vvarum passarum. ————— }  
enucleatarum }  
Ficum pinguium. añ. } vnc. ij.  
Dactylorum pinguium }  
exoffatorum. ————— }

Fœnugręci. ————— } 3. v.  
Capillorum Veneris. ————— } M. j.

Anisi. ————— |  
Fœniculi. ————— |

Yreos



Yreos. añ. | vn. iiij.  
Calaminthæ.  
Seminis Lini. —————

Hæc omnia coquantur in lib. iiij. aque dum rem aneant libr. duæ, colaturæ adde penidiarum lib. ij. coquantur ad spissitudinem Mellis, deinde extra ignem adde;

**Rx.** Pinearum mundatarum, — 3. v.  
Amigdalarum mundatarum, —————  
Tragacanthi añ. 3. iiij.  
Gummi Arabici,  
Amyli. —————  
Yreos. ————— 3. ij.

Fiat horum pulvis subtilis, & miscantur omnia, & agitentur, donec album fiat medicamentum.

*Vsus Loch  
sani. & ex  
perti.*

Vtuntur medici hoc medicamento in affecto thoracis, cuius humores potenter incindit, tergit, & lenit; & precipue in pthificis; quoniam est medicamentum alimentosum.

**DE LOCH DE PVL-  
mone Vulpis.**

**L**icet, officinæ Valentinae tantum seruent duas prædictas differentias Loch; quoniam tamen in quam plurimis regionibus sunt in vlu aliæ differentie, proinde harum descriptiones in medium proponemus. Et sic primum Loch ex vulpis pulmone, cuius descriptio sumitur ex Mesue tractatu de ægritudinibus pectoris, & Pulmonis, cap. de Phthisi & est, qua sequitur;

*Loch de  
Pulmone  
Vulpis.*

**Rx.** Pulmonis Vulpis  
siccati, —————  
Succi Liquiritiæ,  
Capilli veneris añ. | 3. iiij.  
Seminis Fœniculi,  
Seminis Anisi. —————  
Sacchari, ————— q. 5.

Fiat Loch, in quo Balsis, est Pulmo Vulpis, & eisdem affectibus prodest.

**DE LOCH DE PINO,**

**D**esumitur hæc descriptio ex Antidotario Mesues;

Nucleorum pinearum. 3. xxx  
**Rx.** Amygdalarum dulcium. —————  
Avellanarum assatarum. —————  
Tragacanthi.  
Gummi Arabici.  
Liquiritiæ. añ. 3. iiij.  
Succi Liquiritiæ.  
Amyli. —————  
Capillorum venetis. —————  
Radicis Yreos. —————

*Loch de  
Pino Me-  
sues.*

Carnium Dactylorum Chey-  
ron. ————— 3. xxxv.  
Amygdalarum amararum. — 3. iiij.  
Mellis passularum, sive  
carnis passularum.  
Sacchari Tabarzet. añ. | 3. iiij.  
Butyri recentis. —————  
Mellis despumati q. 5. fiat Loch.

In quo Dactyli Cheyro idem significant, ac si dixisset ex regione Chayri, nascuntur enim ibi optimi.

Sunt vero aliqui, qui existimant, inter quos est Iacobus Silvius, Cheyron idem significare, ac fuluum colorem; vnde habet in Scholijs in confectioe Diaphanicon Mesues: Dactylos immaturos esse summendos: ij enim constant fulvo colore, quod significant verba Mesues cum habet; **Rx.** Dactylorum Cheyron, &c. Quæ verba eadem sunt, atque proposita in hac differentia Loch. Sed pace tanti viri, non potest placere hæc sententia; hoc enim medicamentum exhibetur ad incindendos, & attenuandos humores contentos in thorace ex pthisi, vel ex simili affectu, quos non valent educere astringentia medicamenta. Dactyli vero immaturi acerbi sunt; scimus cum Galeno aliqua posse cum lenientibus, & incindentibus permisceri ro-

*Dactylo-  
rum Chey-  
ron nomi-  
ne, quid in-  
telligen-  
dum sit.*



borantia medicamenta ad roborandam facultatem, vt facilius expuatur humor: sed roborantia, quæ ad id permiscetur, non debent esse acerba, vel austerâ; hæc enim cogunt partes, & coarctant vias: adde quod immaturis Dactylis remanet aliqua vis astringendi. Præstantior ergo est explicatio, quæ habet, desumendos esse Dactylos ex Chayro, quos Mesues laudavit, quemadmodum, & prunas Damascenas. Nec mirum tantopere commendasse Mesuem Dactylos Chayri, cum constet omnium esse optimos. Id quod dudum nobis confirmavit Turca quidam, homo variæ, & reconditæ experientiæ, atque in arte medica diu, multumque versatus, & eiusdem Chayri indigena. Is enim constanter asseveravit illius civitatis Dactylos non esse eius formæ, cuius alij vulgo esse solent; sed esse rotundos, & nuce maiores, per exiguo osse, tam suaves, & palato gratos, vt vix cum illis Saccharum conferri posse videatur. Eos vsque adeo pectoris vitio, ac morbis esse aptos, ac salutare, vt Damasco alijsque partibus cum vicinis, tum multo remotioribus, in quibus Dactylo- rum maxima suppetit copia studio- sâ, ac diligenter quærantur, & quo- vis pretio comparentur, propter eorum bonitatem eximiam, & præstan- tiam singularem. Eoq; nomine mul- to maiore pretio, quam alios, emi. Itaque Mesues, quamvis Damascus, quæ illius patria erat, optimos fer- ret, vt in hac compositione, & huius similibus, vt est Diaphænicon, Chay-

ri Dactylos; vt longe præstantissi- mos, & saluberrimos totius orbis terræ eligendos censuit.

Vtuntur medici Loch de Pino, ad eosdem effectus, ad quos Loch de pulmone vulpis.

*Vsus Loch  
de Pino.*

## DE LOCH DE Scilla.

Ex eodem Mesue paratur hoc modo.

**Rx.** Succu Scillæ, Mellis despumati  
añâ. partes æquales; coquan-  
tur ad consistentiam Loch.

*Loch de  
Scilla Me-  
sues.*

In hoc medicamento Scillæ succus est basis, & præterea præbet mate- riam simul cum Melle: Constat enim maximo lêtore, sed Pharmacopolę pi- gri in quibusdam compositionibus dubitant de modo extrahendi Scillæ succum: ac proinde ex ipsa Scilla, lo- co succi contusa, & in aqua intusa parant mucilagines, maximo tamen ægotantium incommodo. Facillime enim extrahitur Scillæ succus sepa- ratim ex Scilla partibus internis, & ex- ternis tanquam excrimentosis, & dâ- nandis, ex reliquis laminibus ligneo pistillo in mortario lapideo contusis, & statim sine vlla noxa prælo cõ- missis, succus extrahitur, quod lon- gissima experientia comprobatum est; Quæ res tanquam valde ardua multis proponitur.

Vtuntur Medici hac compositione ad illos, qui absque motu, & sensu iacent Apoplectici, in quibus, cum alius non fervetur motus, præter res- pirationis, huius maxime prodest.

*Vsus Loch  
de Scilla.*

# TRACTATUS DE ELECTVARIIS.

*Electua-  
rij nomine  
quid intel-  
ligendū sit.*

**Q**VAMVIS hoc nomen Ele- ctuarium idem significet, quod medicamentum ex rebus electis compo- situm, nostra tamen tem- pestate, dum à Medicis describuntur

Schedulæ. **Rx.** Electuarium, &c. Ex- hibet Pharmacopolę medicamentū in forma tabularū paratum: & adeo hoc verū est, ut, si placuerit alicui descri- bere Electuaria in forma liquida, op<sup>o</sup> ipsi sit addere. **Rx.** Electuarij liquidi &c.

Tres



Tres sunt differentia huius formæ fervatæ in officinis; alia enim sunt Electuaria lenientia, vt Electuarium de succo Liquiritiæ, Tragacathi frigidii, ex Iridis radice, et Diayreos Salomonis; licet, hæc duo posteriora simul cum leniendi facultate, aliquantum inscindant.

Alia sunt electuaria roborantia; alia purgantia, quorum nec plures, nec pauciores differentia servantur in officinis, quam hæc, quæ modo proponuntur. Et primo agamus de Electuarijs roborantibus.

## DE ELECTVARIO Diarhodonis Abbatis.

*Electuarium Diarhodonis Nicolai.*  
**P**aratur hoc Electuarium ex vnc. j. pulveris Diarhodonis Abbatis ex descriptione Nicolai Salernitani, et ex j. lib. Sacchari, aqua diluti ad punctum filii costii; et deinde extra ignem aliquantum refrigerato Saccharo, addito pulvere in forma tabularum.

*Vsus Electuarium Diarhodonis.*  
Hoc Electuarium aliquando medici describunt duplicato Rhabbaro, et maximo consilio, ad liberandum hepar à reliquijs obstructionis.

Est temperatum hoc medicamentum, vel exiguum habet frigiditatis excessum. Proinde eo vtuntur ad roborandum.

## DE ELECTVARIO Rosatæ novellæ.

*Electuarium Rosatæ Nicolai.*  
**E**X eodem Nicolao paratur hoc Electuarium: quamvis Nicolaus ad omnia simplicia in pulverem redacta Mel admittat.

Nostri tamen tempestate ex Saccharo cocto, et pulvere Simplicium medicamentorum fit Electuarium.

*Saccharum in pulvere rosatæ novellæ non est impendendum.*  
Sed animadvertendum est inter reliqua medicamenta Simplicia ingredi hæc compositionem Saccharum statim initio descriptionis, fortasse, vt reliquorum caliditas temperetur;

quia, vt diximus, pulveres accipiuntur cum Melle ad confectionis formam; cum vero ex Melle non possint parari Electuaria in tabularum forma, nisi ex Saccharo: vt modo parantur; non est, cur Saccharum duplicetur, cum & sit præceptum, vt in Electuario Diacarthami proponemus, pro singulis Sacchari libris esse accipiendas singulas uncias medicamentorum simplicium; proinde in parando pulvere Rosatæ novellæ non est iniiciendum Saccharum, vel si iniiciatur, est imminuenda quantitas Sacchari.

Vtuntur medici hoc Electuario in frigida intemperie ventriculi, & in ventris subversione. Transactis enim actionibus necessarijs ipsum exacte roborat; discutit præterea flatus.

*Vsus Electuarium rosatæ novellæ.*

## DE ELECTVARIO Diatrium Santalorum.

**E**X Nicolao Salernitano desumitur descriptio huius Electuarij servatis quantitibus propositis in præcedentibus Electuarijs.

*Electuarium Diatrium Santalorum et vsus illius.*

Santala, quæ sunt vasis in hoc Electuario, non sunt vera, quæ habentur in officinis; sed respondent facultatibus veri Santali.

Vtuntur medici hoc Electuario ad roborandum ventriculum, & præcipue hepar: aliquando duplicato Rhabbaro.

## DE ELECTVARIO Aromatici Rosati.

**L**ICET, variæ sunt descriptiones huius Electuarij, ea tantum vtuntur officina gravissimorum hominum consensu, quæ sub descriptione Gabrielis describitur à Mesue in Antidotorio, cuius ratio parandi eadem est cum præcedentibus.

*Electuarium Aromatici Rosati Gabrielis et vsus.*

Vtuntur medici Aromatico rosa-



to in intemperie frigida ventriculi, & ad discutendos flatus: est optimū medicamentum in palpitatione, & vterinis affectibus maxime prodest.

Aliquando in forma liquida vtuntur medici cum Syrupo rosarum, & de corticibus citri.

## DE ELECTUARIO Diacimini.

*Electuar.  
Diacimi-  
num Ni-  
colai.*

**P**aratur hoc Electuariū ex Antidotario Nicolai Salernitani; quod si pulvis, ex quo paratur, sit redactus in partes crassas, vehementer flatus discutit: si vero in pollinem præparetur, vrinatorium meatum petit.

*Vsus Elec-  
tuarij Dia-  
cimini.*

Raro vtuntur medici hoc Electuario; vulgariter tamen omnes eo vtuntur ad intemperiem ventriculi frigidam, & flatus in ventriculo discutendos, & aliquando nullo existente affectu: sunt enim, qui quotidie hoc Electuario vtantur.

## DE ELECTUARIO Diatragacanthi frigidi.

*Electuar.  
Diatragacanthi,  
&  
vsus.*

**H**OC etiam Electuarium ab eodem Nicolao paratur, & loco Penidiarum pharmacopola Saccharum imponunt. Semina frigida recentia sunt miscenda. Nam statim rancida fiunt, si recentia non sint.

Vtuntur medici hoc Electuario ad leniendam, & corrigendam siccitatem asperæ arteriæ: & quia est medicamentum stauissimum, & securissimum, proinde in pectoris affectibus subministratur.

## DE ELECTUARIO de succo Liquiritiæ.

*Electuar.  
succiliqui-  
ritiæ cum  
Saccharo*

**M**agistraliter paratur hoc Electuarium ex vnc. vna succi Liquiritiæ, & ex lib.

j. Sacchari, propter duas causas. Prima, quia Liquiritiæ succus medicamentum gustui ingratum est, præcipue ex negligentia aliquorum Pharmacopolarum; qui est nimia, & vehementi coctione aliquantulum acre, & amarum reddunt. Si enim paratur, otiose per longam quietem ex Liquiritiæ, rafa, & contusa, igne moderato, vel Sole ferventi, neque gustui erit ingratum, nec colorem nigrum, sed fulvum potius, referet, & retinebit gustum, & saporem ipsius Liquiritiæ.

Secunda causa, ob quam permiscetur Saccharum cum succo Liquiritiæ, & ex ambobus paratur Electuarium, est, vt revoçetur ad medium caliditatis Liquiritiæ.

Modus vero parandi hic est; succus Liquiritiæ, in minutissimas partes forficibus divisus, infunditur in aquam, quæ eum sumergat, donec exacte sit dilutus. Diluitur vero, si optimus est, per sex horas; aliquando per quatuor; tunc accipiatur lib. j. Sacchari, & cum tribus vncijs aquæ (hæc enim quantitas aquæ sufficiens est ad dissolvendam libram Sacchari, & si non sufficiat, adde paululum aquæ) tunc coquantur ad punctum sili; deinde permisce ipsi Saccharo succum Liquiritiæ dilutum, & iterum igni exponantur; maxima diligentia spatula, quam vocant, agitentur, ne comburantur; & dum iam, quod fit transactis tribus fervoribus, per latera vasis videntur crustæ attolli, extrahantur ab igne; semper agitentur ad refrigerationem; iniiciantur supra tabulam ligneam; extendantur baculo optime perpolito levigato, & rotundo, & deinde dividantur in tabulas.

Vtuntur Medici hoc Electuario ad incidendum modice, & leniendum, dum non sufficit Electuarium Diatragacanthi. Est enim ipso potentius; huius vsus securissimus est, licet, eo per multos dies vtamur. Huius Electuarij beneficio excrementa notata digna eijciuntur ex

*Electuar-  
ij succi  
liquiritiæ  
parandi  
ratio.*

*Vsus Ele-  
ctuarij suc-  
ci Liqui-  
ritiæ.*



# De Electuarijs.

51

thorace, quæ ante illius usum non poterant expui.

## DE ELECTUARIO de succo Rosarum.

**D**esumpta est huius Electuarij descriptio ex Nicolao Salernitano, & est, vt sequitur;

*Electuarij Succi Rosarum Nicolai.*

R <sup>x</sup> . Succi Rosarum rubearum, ---	añ. vnc. xvj.
Sacchari optimi. ---	
Santali albi, ---	3. vj.
Santali rubri, ---	
Santali citrini. ---	
Spodij, ---	3. iij.
Diagridij, ---	3. xij.
Camphoræ, ---	scrup. j.

Fiat Electuarium.

Frequentissime paratur hoc Electuarium in forma solida tabellarum; placet tamen quibusdam eo vti in forma liquida in modum confectio- nis: hoc tantum differunt hæc formæ, quod Saccharum materia huius Electuarij non adeo coquitur ad confectio- nis formam; vt, dum paratur in modum tabellarum.

*Electuarij Succi Rosarum paradimus.*

Illud tamen est observandum circa Sacchari coctionem punctum ad tabellas parandas non desumi ex filo, quemadmodum in reliquis Electuarijs; sed iniicitur gutta supra lapidẽ, vel gladium, & dum cohæret, & separatur à lapide, vel gladio, si nullum, aut exiguum remanet vestigium, tunc extrahitur Saccharum ab igne, & dũ accedit ad refrigerationem, antequã coaguletur, reliqua diligenter permiscentur. Ratio huius rei est, quoniam ex multa rosarum succi quantitate, Saccharum adeo viscosum, & lentum redditur, vt, antequam ex eo possint tabellæ formari, innumera emittat fila; ac proinde optimum consilium est, dum semel vasi fuerint hæc duo commissa Saccharum, & rosarum succus, & igni exposita, vt nulla ratione agitentur spatula, ne acquirant lentorem. Sic enim nunquã

venient illa duo in formam tabellarum.

Vtuntur medici hoc Electuario in affectibus biliosis ad purgandam bilem.

*Vsus Electuarij succi rosarum Nicolai.*

## DE ELECTUARIO Diacarthami.

**E**ST & aliud Electuarium in officinis de semine Cnici, vel de Carthamo vocatum, cuius descriptionem desumimus ex Guidone de Cauliaco ex lib. vj. de agritudinibus iuncturarum cap. 1. quod inscribitur de gutta.

R<sup>x</sup>. Pulveris Diatragacanthi frigid. --- vnc. j.  
Carnis Cidoniorum Saccharo condite. --- vnc. ij.  
Zingiberis. ---  
Hermodactylorum. --- } añ. 3. iij.  
Seminis Carthami medulle. --- 3. vj.  
Diagridij. --- 3. iij.  
Turbit. --- vnc. j.  
Mannæ ---  
Mellis rosati collati. --- } añ. 4. j.  
Sacchari. --- lib. j. vnc. iij.

Fiat Electuarium.

*Electuarij Diacarthami Guidonis.*

In quo, vt in reliquis, Saccharum est materia, caro Cidoniorum iniicitur, vt purgantia ventriculus amplectatur. Sunt enim hæc ventriculo inimica. Zingiber actionem Turbit accelerat; pulvis Diatragacanthi tertiam Turbit noxam emendat; qua potest corpus macie deformare, hinc tres noxæ, quæ in Turbit reperiuntur, manent correctæ, Turbit, Hermodactylus, & semen Carthami in vnam conspirant naturam. Purgant enim pituitam, & à partibus remotis; basis vero semen Carthami est. Horum vero trium actio acuitur, & acceleratur ex societate Diagridij. Licet, enim Diagridium valet humorem biliosum educere; in hoc tamen Electuario pro singulis dosibus, & pro maiori quantitate non est eius actionis, vt valeat bilem purgare.

*Vsus Electuarij diacarthami.*



*Hermoda-  
ctyli offi-  
cinarū nō  
sunt veri  
Hermoda-  
ctyli.* De Hermodactylis illud est obser-  
vandū; quod veri Hermodactyli  
non sunt in officinis; sed officina-  
rum Hermodactyli sunt ex Epheme-  
ri speciebus, ut quidam volunt; ni-  
hilominus experientia docet ipsos ci-  
tra permixtionem aliorum pituitam  
evacuare.

*Sacchari  
quantitas  
ad paran-  
da Electu-  
aria infor-  
ma solida* His explicatis observandum est  
illud præceptum, quotiescunque ab  
auctoribus non præscribitur Saccha-  
ri quantitas, ad paranda Electuaria  
in forma tabularum, esse accipiendas  
singulas Sacchari libras pro singulis  
pulverum vncijs; idque præcipue ve-  
rum esse in Electuarijs lenientibus,  
& roborantibus. In purgantibus,  
enim alie est ratio servanda. Summi-  
tur enim ex vi, & actione medicamē-  
ti, quod est basis pro summa quan-  
titate exhibenda.

Ratio vero, propterquam in Ele-  
ctuarijs roborantibus, & lenientibus  
fit accipienda hæc Sacchari quantitas  
& pulverum, omiffa gravissimorum  
Doctorem auctoritate, hæc est; quo-  
niam Saccharum præterquam quod  
materia est, propter duas præterea  
alias causas iniicitur. Prima est, ut  
suo lentore valeat pulveres recipere,  
dummodo tenellæ ferventur tabellæ:  
si vero accipiatur pulvis in maiori  
quantitate, statim exiccantur tabel-  
læ. Secunda causa est, quod hæc me-  
dicamenti forma debet esse grata gu-  
stui, non aliter, atque condita supe-  
rius explicata. Ac proinde quantum  
feri potest, parantur Electuaria ex  
medicamentis gratis sapore; sed me-  
dicamenta, qualiacunque sint, non  
possunt esse adeo grata, ut non sit  
opus permixtione Sacchari. Constat  
vero experientia in præscripta quan-  
titate Electuaria constare sapore sa-  
tis grato.

*Pinguia  
& alimen-  
tosa non* Præceptum vero propositum hac  
moderatione est intelligendum, ut  
nomine pulveris non veniat aliquod

alimentosum, aut pingue, quod  
aptum sit ad recipiendos in se pul-  
veres, ac suo possit lentore ipsos  
conservare. Huius generis sunt amig-  
dalæ, nuclei pini, vva pallæ, ficus,  
& his similia; immo, quod maius  
est, hæc loco materiæ debuissent ha-  
beri.

Modo prædicto poterit Medi-  
cus ex quibuscunque medicamen-  
tis, in pulverem redactis, Electua-  
ria, hoc est, tabellas parare, dum-  
modo non sint gustui teterrima me-  
dicamenta, ex quibus parentur; &  
quacunque conservam licet per-  
miscere, si adsit scopus ad tabellas  
parandas. Medicamenta vero, quæ  
ex Melle parantur, non possunt veni-  
re in tabularum formam: licet enim  
Mel eandem possit coctionem recipe-  
re; quam recipit Saccharum, statim  
tamen mollescit Mel, ac proinde di-  
solvantur tabellæ.

Ultimo servetur tanquam recta  
consuetudo, in Electuarijs forma so-  
lida constantibus, tam magistralibus,  
quam doctoralibus, ac potissimum  
in his, quæ sunt, qualia caro Testu-  
dinis, & Saccharum, simul cum alijs  
ut unicuique libræ Sacchari opponā-  
tur iij. vnc. carnis. Id autem fieri  
debet, quando à doctore quantitas  
Sacchari præscripta non fuerit; quod  
si in prædicto tartugato, ut vocant,  
alij pulvere simplices, aut compositi  
miscantur, ita res intelligatur, ut  
vnc. j. pulverum lib. j. Sacchari ad-  
datur; quemadmodum in Electuarijs  
forma solida fieri oportet, quod si  
adiungēda sint femina frigida, nuclei  
Pini, Amigdalæ, & alia id genus, ad-  
datur eorum vnc. iij. lib. j. Saccha-  
ri. Itaq; si constabūt prædicta Electua-  
ria iij. vnc. carnis j. vnc. pulverum, &  
feminum frigidorum pineorū, Amig-  
dalarum, vel aliorum vncijs qua-  
tuor, tres libræ Sacchari imponendæ  
sunt.

*sunt ratio-  
ne pulve-  
rum adnu-  
meranda.*

*Electua-  
ria solida  
non possunt  
parari, ex  
Melle.*

*Sacchari  
quantitas  
quæ impo-  
nenda est  
in Electua-  
rysex car-  
ne testudi-  
nis, & a-  
lijs quan-  
do ab au-  
ctore non  
præscribi-  
tur.*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*



# TRACTATUS DE PVLVERIBVS.

*Pulveris definitio.*

**A**LIA medicamenti forma ab his, quæ servantur in officinis; Pulvis vocatur, quasi dicas; corpus in minimas partes comminutum.

Ex Pulveribus alij sunt simplices, alij vero compositi; simplices, ut quâdo medicamentum simplex in pollicem reducitur; compositi vero; quâdo ex varijs simplicibus componitur.

*Pulveres lapidosam substantiam habentes qua ratio ne trituentur.*

Illud tamen modo est observandum, quicumque pulveres ex terris, lapidibus; fossilibus; & mineralibus fiant, esse comminuendos supra porphyrum lapidem dictum effusis aquis Rosarum, Borruginis, Buglossæ, vel alijs pro varijs scopis, ut sæpe comminuitur Cadmia, qua vtuntur officinæ pro pompholige effusis aquis feniculi & rosarum simul permixtis. Est enim medicamentum paratum pro oculorum affectibus.

Ratio vero propter quam supra porphyrum sint comminuenda hæc medicamenta, est, quia substantia metalli deradunt, & accipiunt, si immortarijs metallicis comminuantur.

*Pulverum differentiæ*

His omisis, ad pulveres compositos explicandos accedamus, ex quibus alij sunt cardiaci dicti, vel roborantes; alij lenientes; alij purgantes; alij vero varios præstant usus. Sed ex his primo loco cardiaci proponentur; deinceps de reliquis agemus.

## DE PVLVERE DIAMARGARITONIS FRIGIDI.

**H**IC pulvis magistraliter paratur in officinis, & licet, apud varias nationes varie sint descriptiones huius pulveris, apud Valentinos tamen in usu est descriptio, quæ sequitur;

<b>R̄.</b> Margaritarum preparatarum. _____	3. iij.	<i>Pulu. Diarum.</i>
Hyacintorum præparatorum. _____	3. j. β.	<i>margaritonis frigid. magistralis.</i>
Corali rubri præparati. _____		
Boli præparati. _____		
Electri, hoc est, Carabæ, _____		
Spodij. _____	aña. 3. j.	
Rasuræ Ebõris. _____		
Cornu Cervi vsti _____		
Osis cordis Cervi. _____		

Serici crudi. _____		
Corticis citri. _____		
Seminis papaveris albi. _____		
Seminis Acetosæ. _____		
Seminis Portulacæ. _____	aña. 3. j. β.	
Doronici. _____		
Tormentille. _____		
Liquiritiæ. _____		
Amyli. _____		
Ligni aloes. _____		
Santali albi. _____		
Santali rubri. _____		
Santali citrini. _____		
Coriandri præparati. _____	aña. 3. ij. β.	
Gummi Arabici. _____		
Gummi Tragacanthi. _____		
Rosarum rubeorum. _____		

Seminis Melonis. _____		
Seminis Cucumeris. _____		
Seminis Curcubitæ. _____	aña. 3. j.	
Seminis citruli. _____		
Camphoræ. _____	scrup. j.	
Moschi. _____		
Ambreæ. _____	aña. g. v.	
Panorum Auri. _____		
Panorum Argenti. _____	aña. g. x.	

Fiat pulvis. *Pulu. Diarum.*

In hoc pulvere parando illud magistraliter prius est observandum Margaritas, frigid. qua Hyacinthos, Corallium, Bollum, Spodiam, & cornu Cervi supra porphyrum.



# De Pulveribus.

tum, affusa aqua rosacea esse contenda, vt dentibus confricata nequaquam aliquod terreum, vel lapidum perferantur.

Secundo est observandum capillos Serici esse accipiendos recentes; & vermen esse extrahendum, antequam moriatur, & deinde forficibus esse minutatim inscindendos, & mortario contundendos cum carabe gummi permixtos. Per se enim adeo resistunt trituræ, vt nunquam redigantur in pulverem; sunt veluti corrigiæ, aut pili. Experientia comprobatum est, simul cū carabe effulsis guttis aque rosarum in pulverem venire.

Tertio est observandum Santala omnia cum pauca aqua rosarum esse comminuenda, donec nulla pars crassa appareat; sed omnia conspirarent in rubrum colorem, & vicissim res candidæ, quales sunt Margaritæ, Spodium, & cornu Cervi vsum (si forsitan non fuerint simul cum bolo præparatæ, vt superius dictum est,) sunt addendæ, ne rubor deperdatur, mox vero sigillatim reliqua simplicia sunt addenda, primo loco, quæ duriora sunt, & postquam omnia fuerint comminuta, per cetaceum coopertum, quod vocant officinæ tamis, sunt omnia agitanda, demptis Moscho, ambra, auro, & argento. Hæc enim, postquam reliqua sunt cribro transmissa, permiscetur, & hanc permutationem Moschi, & ambre, vocant officinæ aromatizationem, cum prædicta pulveris forma; aurum vero & argentum supra papirum ponuntur, & iniecto pulvere supra ipsa, gladio scinduntur: & postquam omnia sic permixta sunt, in vitreo vase angusti orificij servantur.

*Vsus pulveris Diamargaritonis frigidi.*

Vtuntur medici hoc pulvere in febribus ardentibus, & ad intemperiem calidam cordis; aliquando in constitutione pestilenti. Ex hoc etiã pulvere parantur confectiones cardiacæ dictæ cum alijs medicamentis, & adoptiones contra casum cum bo-

lo armeno, & aqua plantaginis, aut fiunt etiam citra bolum, cum eadem aqua plantaginis.

## DE PVLVERE DIARhodonis Abbatis.

Huius pulveris descriptio ex Nicolao Salernitano desumitur, quæ sic habet;

Rx. Santali albi. ———	añ. 3. ij. ß.	Pulvis Diarhodonis Abbatis Nicol.				
Santali rubri. ———						
Tragacanthi. ———	añ.	scrup. ij.				
Gummi Arabici. ———						
Spodij. ———						
Afari. ———						
Spicæ.						
Maltiches.						
Seminis Portulacæ.						
Cardamomi.						
Croci.						
Xilo Aloes.						
Garyophilorum.						
Calliæ Moscatæ.						
Anisi.						
Maratri i. Semin. Feniculi.			añ.	scrup. j.		
Cinnamomi. ———						
Succi Liquiritiæ.						
Rhabarbari.						
Seminis Basiliconis.						
Berberis.						
Scariolæ.						
Papaveris albi.						
Citrullj.						
Melonis.						
Cucumeris.						
Cucurbite, ———						
Osis de Corde Cervi. ———					añ. scrup. ß.	
Margaritarum. ———						
Sacchari cãdi. ———					añ. vnc. j. 3. iij.	
Rosarum. ———						
Caphuræ. ———	g. vij.					
Moschi. ———	g. iij. ß.					
Misce, & fiat pulvis.						

**I**N quo parando, vt dictum in pulvere Diamargaritonis, fuit, primo loco iniiciuntur in mortarium



rium Santala, & cum pauca aqua rofarum optime comminuuntur; & sensim, ac paulatim res candida, vt Margarite, & similis iniiciuntur, ne pereat color rubeus; deinde reliqua adduntur primo loco duriora, deinceps quæ minus dura sunt; mox agitantur cribo, nimirum, instrumento iam prædicto; tandem extra cribum aromatizatur pulvis cum Moscho.

*Os de Cor  
de Cervi.*

Os ex corde Cervi substantia cartilaginea est, quæ in corde huius animalis reperitur.

De facultatibus iam superius in Electuario huius pulveris dictum fuit.

## DE PVLVERE ROSA tæ Novellæ.

*Pulvis Ro  
sæ nove  
llæ Nico  
lai.*

**Rx.** Rosarum. — ʒ  
Sacch. añ. ʒ vnc. j. ʒ. j. scrup. ij. ʒ  
Liquiritiæ. ʒ  
Cinnamomi. — ʒ. ij. scrup. ij. g. ij.

Caryophylorum —  
Zedoarię.  
Spicænardı.  
Zingiberis.  
Galangæ. añ. scrup. j. g. viij  
Nucis Moschatę.  
Cardamomi.  
Sthyracis calamithę.  
Seminis Apij. —  
Fiat pulvis.

In hoc pulvere parando non est Saccharum imponendum, propter causas, & rationes superius à nobis assignatas in Electuario Rosatæ novellæ. Vnde & ad quos valeat affectus, proposuimus.

## DE PVLVERE DIA trium Santalorum.

**P**aratur ab eodem Nicolao huius pulveris descriptio, quæ sic habet.

**Rx.** Santali albi. —  
Santali rubri. —  
Santali citrini. añ. Solid. duob.  
Rosarum. —  
Sacchari. —

*Pulu. Dia  
trium San  
talorū Ni  
colai.*

Rhabbari. —  
Spodij. añ. Soli. j. & ʒ  
Succi Liquiritiæ.  
Seminis portulacę. —

Amili. —  
Gummi Arabici.  
Tragacanthi.  
Seminis Melonũ. añ. Soli. vñũ.  
Citruli.  
Cucumeris.  
Cucurbitę.  
Seminis Scariolę. —  
Camphorę. — scrup. j. ʒ.  
Fiat Pulvis.

De facultatibus huius pulveris iam fuit superius dictum.

## DE PVLVERE ARO matici Rosati.

**V**arię sunt descriptiones apud Mesuem in Antidotario huius pulveris; sed ea tanquam præstantissima est in vsu, quæ describitur hic pulvis, Aromaticum rosatum, ex descriptione Gabrielis, & sic habet.

**Rx.** Foliorum rosarum. — ʒ. xv.  
Liquiritiæ rasę. — ʒ. vij.  
Ligni Aloes boni. —  
Santali Machazari, añ. ʒ. ij.  
hoc est, citrini. —  
Cinamomi electi. — ʒ. v.  
Macis. —  
Caryophyllorum. — añ. ʒ. ij. ʒ.  
Gummi Arabici. —  
Gummi Tragacanthi. — añ. ʒ. ij. scrup. ij.  
Nucis Moscatę. —  
Cardamomi. — añ. ʒ. j.  
Galangę. —  
Spicę. — ʒ. ij.

*Pulu. Aro  
matici Ro  
sati Ga  
brielis.*

Mol.



Mofchi. \_\_\_\_\_ scrup. j.  
 Ambra. \_\_\_\_\_ scrup. ij.

Fiat pulvis.

Inijciendo prius in mortarium Santalum citrinum, quod Machazari idem significat: sed quia, vt dictum est, nostris temporibus Santalum citrinum desideratur, eius loco reliquarum specierum pares proportionnes accipiemus.

Mofchus, & Ambra reliquis medicamentis iam cribro excussis permiscentur.

*Electuar.  
 Aromati  
 ci rosati  
 in forma  
 liquida.*

Obserua aliquando Aromaticum rosatum à Doctoribus ordinari in forma liquida; & tunc debere confici cum Syrupo Rosato, & de corticibus citri in æquali quantitate, vt paratur à Mesue.

**DE PVLVERE LÆTIFICANTE Rhafis.**

**H**uius pulveris descriptio desumitur à Rhafis 9. libro ad Almâforem, & est optimum medicamentum ad discutiendos flatus melancholicos; proinde in syncope, & in affectibus frigidis ventriculi commodissime vtuntur medici hoc pulvere.

Descriptio vero est, quæ sequitur;

*Pulvis ele  
 ctuarij lætificantis  
 Rhafis.*

<b>Rx.</b> Melissę. _____	
Corticis citri. _____	
Caryophyllorum. _____	
Galię Moschatę. _____	
Crocii. _____	
Mastiches. _____	
Cinnamomi. _____	añ. 3. j.
Nucis Moschatę. _____	
Cardamomi. _____	
Ben albi. _____	
Seminis Peonię. _____	
Ben rubri. _____	
Zedoarię. _____	
Doronici. _____	
Seminis Ocimi citrati. _____	
Seminis Ocimi Caryophyllati. _____	añ. 3. j.
Mofchi. _____	g. vj.

Fiat omnium pulvis.  
 De semine Ocimi citrati est observandum; quia citri odorem representat, vocari Ocimum citratum, quæ quidem planta inter Ocimi species connumeratur, folia habet lata, quoniam non semper reperitur hæc Ocimi species, Meliphilus potest eius defectum supplere.

*Ocimum  
 citratum*

**DE PVLVERE PLIRIS Arcoticon.**

**D**esumitur descriptio huius pulveris à Nicolao, & aliquando paratur in officinis cum Mofcho, aliquando sine Mofcho. Vnde ad tollendam homonymiam consueverunt medici describere hunc pulverem hac ratione;

**Rx.** Pulveris Pliris Arcoticon cū Mofcho, & sine Mofcho, &c.  
 Descriptio est huiusmodi;

<b>Rx.</b> Cinnamomi. _____	
Caryophylorum. _____	
Ligni Aloes. _____	
Galangæ. _____	
Spicę. _____	
Nucis Moschatę. _____	
Zingiberis. _____	añ. 3. j. g. xvj.
Spodij. _____	
Schœnanthi. _____	
Ciperi. _____	
Rosarum. _____	
Violarum. _____	
Folij. _____	
Liquiritię. _____	
Mastiches. _____	
Styracis. _____	
Sampfuchi. _____	
Balsamitę. _____	
Basiliconis. _____	añ. scrup. ij. g. vj.
Cardamomi. _____	
Macropiperis. i. Piperis longi. _____	
Leuco piperis. i. Piperis albi. _____	

*Pulvis Pliris arcoticon Nicolai*

Myr-



# De Pulveribus.

Myrtilli.  
Corticis Citri. —————  
  
Gemmarum. —————  
Ben albi.  
Ben rubri.           añā. } scrup. j. g. ij.  
Corallij.  
Serici combusti. ————  
  
Moschi. ————— g. vij. β.  
Camphorę. ————— g. v.  
Fiat pulvis.

Ambra. —————  
Moschi.                   añā. } 3. β.  
Caphurę. —————  
  
Anisi. —————  
Rasurę Eboris.  
Thymi.                   añ. } 3. j.  
Epithymi.  
Margaritarum. —————  
Osis de corde Cervi. ————— 3. β.  
Limaturę auri. —————  
Limaturę argęti. ———— } añ. scrup. β.  
Fiat pulvis.

*Quinq; lapides pretiosi, qui Gemme vocantur*

In hunc pulverem ingrediuntur Gemme quinq; videlicet, lapides qui ingrediuntur in pulverem Electuarij de Gemmis Mesue, & sunt; Saphirus, Hyacinthus, Sardonius, Granatus, & Smaragdus; & semper sunt intelligendi in hoc pulvere lapides isti.

*Vsus pulveris Arco-ticon.*

Vtuntur medici hoc pulvere ad discutiendos melancholicos flatus, & ad imbecillitatem stomachi ex causa frigida, aliquando ad iuvandam memoriam suo calore, & siccitate, tum & in distillationibus a causa frigida, & humida natis prodest.

## DE PVLVERE LÆ-titia Galeni.

Huius etiam descriptio desumitur ex Nicolao, quę sic habet;

*Pulvis lætitia Galeni Nicolai.*

**Rx.** Succi Pomorum dulciū odoriferum. —————  
Succi Cidoniorum Aromaticorum. —————  
Vini veteris.  
Succi Borriginis.  
Florum Basiliconis, aut seminis eius.  
Crocij.  
Zedoarię.  
Xilo Balsami.           añā. } 3. ij. β.  
Caryophylorum.  
Corticis citri.  
Galangę.  
Macis.  
Nucis Muschatę.  
Styracis calamithę, —————

In hoc pulvere primo loco est observandum nomine limaturę auri, & argenti panos quos bractęas alij vocant esse intelligendos. Sunt huiusmodi simplicia accipienda in substantia tenuissima; nullo vero modo sunt tenuissima, nisi in folia; vel quos diximus panos redacta.

Deinde est advertendum, quosdam dubitare qua ratione possit pulveris parari ingredientibus tot succis, in quibus substantia humida, & fluida est. Nam si Electuarium sit parandum, aiunt dissolvendum esse Saccharum cum prædictis succis. Proinde nonnulli Pharmacopola accipiunt omnia simplicia medicamenta, postquam sunt optime coniuncta, & succos prædictos addunt, & pulverem exponunt umbra in vase lati oris, ut sic imbibatur hæc humida substantia & absumatur.

*Error aliorum quorum in parando pulvere lætitia Galeni.*

Vera tamen ratio parandi pulverem cum succis prædictis, aliunde est desumenda: Nam si modo dicto fieret, facultas prædictorum medicamentorum perderetur.

Cum Margaritis ergo addendi sunt succi, cum quibus Margaritę supra Porphyrum sunt preparandę: Deinde post exsiccationem cum reliquis cribi agitatione permiscantur.

Vtuntur Medici hoc pulvere solo exhibitio, aut ad Electuaria paranda, dum in animo est calfacere, inscindere & attenuare præcipue humorem existentem in pericordio, aliquando ad vapores melancholicos.

*Vsus pulveris lætitia Galeni.*



DE PVLVERE DIA-  
camaronis.

**A**B eodem Nicolao desumitur huius pulveris descriptio, quæ ita se habet.

Pulv. Dia  
camaron  
Nicolai.

**Rx.** Antophilli } añ. 3. v. scrup. j. g. xvj  
Zingiberis }  
Cinnamomi. — }  
Caryophyllo- añ. } 3. iiij. scrup. j. g. xvj.  
rum. }  
Carnis Dactylo- }  
rum. ————— } 3

Galangæ. —————

Spicæ.

Zedoariæ.

Costi.

Pyrethri.

Coralij rubri.

Tragacanthi. añ. } 3. j. scrup. ij. g. vij.

Rhapontici.

Saliuncæ, id est, spi  
cæ celticæ.

Anacardi.

Ofsium Dactylo-  
rum.

Carpobalsami.

Anisi.

Fructus Iuniperi. —

Leucò Piperis, id est, — }  
est, Piperis albi. } 3

MacroPiperis, id est, } 3

Piperis longi. — añ. } 3. j. scrup. ij. g. vij

Limaturæ Auripuri. —————

Argentimeri. añ. | scrup. ij. ß

Ofsis de corde cervi. —————

Rasuræ Eboris. ————— } añ. scrup. j. g. vij.

Moschi. ————— } 3

Ambra. ————— scrup. j.

Fiat Pulvis.

His omnibus simplicibus addit Nicolaus mel, & parat confectio-  
nem: sed nostra tempestate non est in usu  
cum melle. Sed vel in pulvere serva-  
tur, vel ex eo cum Saccharo paratur  
Electuarium.

Anacardi in hoc pulvere sunt accipiendi præparati: quando enim in aliquam compositionem ingrediuntur medicamenta, quæ valent emendare noxas reliquorum, tunc non est opus accipere medicamenta præparata ante compositionem; cum intra ipsam præparentur; & quia non reperitur aliquod medicamentum in hoc pulvere, & quia possit Anacardos præparare. Proinde prius sunt præparandi, quorum præparationem adfert Arnaldus libro primo breviarij cap. 28. de defectu memoriæ, & de iuvantibus eam. Sed hanc præparationem, dum exponemus confectio-  
nem Anacardinam, in medio proponemus.

Utuntur Medici hoc pulvere in omnibus frigidis affectibus; & præcipue cerebri; iuvat memoriã; de obstruit præcipue partes circa cor existentes, & denique aliquando permiscetur hoc medicamentum ad unguenta paranda, ad excitandam venerem, dum in membri radice est frigida intemperies, vel aliquis humor absumentus,

Anacardi  
preparan  
di sunt ad  
pulv. Dia  
camero-  
nis.

Usus pul-  
veris Dia  
camero-  
nis.

DE PVLVERE ELEC-  
tuarij de Gemmis.

**P**Aratur hic pulvis à Mesue in suo Antidotario, & est, ut sequitur.

**Rx.** Albarum Margari-  
tarum. ————— 3. iiij.  
Fragmentorum Zaphiri. ————— |  
Iacynthorum. |  
Sardonij. añ. | 3. j. ß  
Granatorum. |  
Feruzegi, id est Smaragdo-  
rum. ————— |

Pulv. Ele-  
ctuarij de  
Gemmis.

Zedoariæ. ————— |  
Doronici. |  
Corticum citri, añ. | 3. ij.  
Magis. |  
Seminis Ocimi Caryophyllati. — |



Corallij rubri. —————  
 Electri, idest, Carabę. añ. | scrup. ij.  
 Limaturę Eboris. —————

Ben albi. —————  
 Ben rubri. —————  
 Caryophyllorum. —————  
 Zingiberis. —————  
 Macro Piperis, idest, longi añ. | 3. j.  
 Piperis. —————  
 Spicę. —————  
 Folij. —————  
 Croci. —————  
 Heil, idest Cardamomi. —————  
 Trochiscorum Diar- }  
 hodon. } añ. 3. v  
 Ligni aloes. ————— }  
 Cinnamomi. ————— }  
 Galangę. añ. | 3. j. ß.  
 Zurumbet, idest, Zedoarię. —————

Foliorum aurei. ————— } aureū ß.  
 Foliorum argenti. ————— }  
 Moschi boni. ————— 3. ß.  
 Ambrę. ————— 3. ij.

Conficitur hic pulvis apud Mesue cum melle Emblicorum, & melle rosato colato: Sed in nostris officinis in pulverem servamus.

## DE PVLVERE CONTRA CASUM, seu lapsum.

**D**esumitur huius pulveris descriptio à Ioanne Mesue capite de Rhabarbaro, quę sic habet.

*Pulv. contra casum Mesues.*  
**R.** Rhabarbari 3. j. Mumia grana duo, Ruberę tintorum granũ vnum, & medium.  
 Fiat Pulvis.

*Corrigi - tur error aliquorũ in parãdo pulvere cõtra casum*  
**H**VNC pulverem male multi Pharmacopole parant; quoniam accipiunt pro Rhabarbaro substantiam expressam ipsius Rhabarbari, dum eo vtuntur medici ad potiones purgantes, vt enim probe nostis, aliquando medici in suis schedulis habent. Rha-

barbari infusi in aquam Endivię, & valide expressi 3. j. &c. Quibus verbis intelligunt esse infundendam dragmam vnam Rhabarbari in aqua Endivię; & transactis aliquot horis, exprimi prædictum Rhabarbarum, & colaturam, sive liquorem debere accipi ad potiones; substantiam vero terrenam remanentem in panno lineo esse abijciendam. Pharmacopole ergo quæstus avidi, hanc substantiam expressam accipiunt ad pulverem prædictum parandum, & ipsis favet ratio fictitia, qua affirmant prædictam substantiam Rhabarbari insignem habere vim roborandi; ac propterea cum ad roborandum paratur prædictus pulvis, posse accipi prædictum Rhabarbarum expressum. Sed, vt diximus, citra rationem id faciunt. Medicamenta enim, quæ debent partes internas roborare, vt partes has possint petere, oportet ea sint calida facultate permixta cum vi roborandi; in Rhabarbaro vero optimo partes insunt calidę, quæ ducunt partes crassas, & terrenas ad partes corporis altas, vt illas possint partes crassę, & terreņę roborare; ac proinde vtuntur medici in potionibus contra casum Bolo armeno, preparato tamen cum aceto, propter quam preparatione partibus terrenis vehiculũ, & tenuitas additur. Si ergo in Rhabarbaro per illam infusionem, & expressionem partes crassę separantur à tenuibus, & tantum ad pulverem prædictum accipiuntur partes terreņę, qui fieri potest, vt valeat pulvis prædictus partes internas roborare; atque id in causa fuit, vt rubea tintorum, & mumia iniiciantur in tam pauca quantitate, quoniam simul cũ partibus calidis Rhabarbari sufficiunt ducere ad partes longinquas terrenam substantiam ipsius Rhabarbari. Colligamus ergo ex his Rhabarbarum integris viribus esse accipiendum.

Vtuntur medici hoc pulvere cum *Vsus pul-* quatuor, aut quinque vncijs aquę *veris con-* Plantaginis, & vncia vna Syrupi *tracasum* ro-



farum ficcarum, vel Myrtillorum ad casum.

### DE PVLVERE DIA- margaritonis calidi.

**A**B eodem Nicolao Salernitano paratur hic Pulvis, cuius Scheda est quæ sequitur;

*Pulv. dia margaritonis calidi Nicolai*

℞. Caryophyllorum. _____		año. 3. j. β.
Cinnamomi. _____		
Spicænardî. _____		
Galangæ. _____		
Ligni aloes. _____		
Liquiritiæ. _____		
Trochiscornum Diarhodon. _____		
Trochiscornum Diani. _____		
Nucis Moschatæ. _____		
Macis. _____		

Aliptæ moschatæ, _____		año. 3. j.
Zedoariæ. _____		
Rhabarbari. _____		
Stiracis Calamitæ. _____		

Margaritarum per foratarum. _____		año. 3. β.
Margaritarum integrarum. _____		
Zingiberis. _____		
Olsie de corde Cervi. _____		
Rasuræ Eboris. _____		
Blattæ bizantiæ. _____		año. g. xviii.
Moschi. _____		
Ambræ. _____		
Cardamomi. _____		
Seminis Basiliconis. _____		
Levistici. _____		g. vj.
Camphoræ. _____		

Fiat Pulvis.

*Vsus pul-  
veris Dia  
margari-  
tonis cali-  
di.*

Vtuntur Medici hoc pulvere in phthisicis iam consumptis cum pauco iure pullorum, aliquando cum vino si tempus hyemis sit.

### PVLVIS DIAAM- bræ.

**P**Aratur hic Pulvis à Mesue in suo Antidotario in hunc modum;

℞. Cinnamomi. _____		año. 3. iij.	<i>Pulvis Diaãbræ Mesue.</i>
Doronici. _____			
Caryophyllorum. _____			
Macis. _____			
Nucis Moschatæ. _____			
Folij. _____			
Galangæ. _____			
Spicænardî. _____			
Cardamomi vtriufq; _____			
Zingiberis. _____			
Santali citrini. _____		año. 3. j.	
Ligni aloes. _____			
Piperis longi. _____			
Ambra. _____		aureū vnū.	
Moschi. _____			

Fiat Pulvis.

Vtuntur Medici hoc pulvere ad roborandum cor, cerebrum, stomachum, & omnia membra.

### DE PVLVERE DIA- cyminum.

**P**Aratur à Nicolao hic Pulvis hac ratione.

℞. Cymini die, ac nocte aceto macerati; deinde exiccati. _____		3. viij. scrup. j.	<i>Pulv. Dia cimum.</i>
Cinnamomi. _____			
Caryophyllorum. _____			
Zingiberis. _____			
Melano Piperis, id est, _____			
Piperis nigri. _____			
Timbræ. _____			
Galangæ. _____			
Calaminthæ. _____			
Ames. _____			
Levistici. _____		año. 3. j. g. xviii.	
Macro Piperis. _____			
Spicænardî. _____		3. j. scrup. ij.	
Cardamomi. _____			
Nucis Moschatæ. _____			

Fiat Pulvis.

De effectibus huius Pulveris in Ele-

Ele-



# De Pulveribus.

61

Electuario Diacyminum egimus; solum de præparatione Cyminum agemus.

*Cyminum  
cur aceto  
infunditur*

Sunt, qui, vt magis inscindant, & attenuent, Cymini grana, Aceto præparari affirmant; reuera tamen aliam ob rationem à Galeno in Aceto infunduntur, vt facile est videre 4. sanit. tuendæ, vbi agit de Diaspoliti-  
con, cuius verba sunt, quæ sequuntur; macerabitur cuminum cum Aceto, vt minus acre sit.

## PVLVIS ELECTVARIJ Dulcis.

EX Nicolao desumitur hæc Schemata, & est, quæ sequitur.

<i>Pulv. Ele ctuarij Du cis Nicol.</i>	℞. Anisi. _____	3. ij. g. xvj.
	Mastiches. _____	} añ. scrup. ij. g. v.
	Liquiritiæ. _____	
	Camedryos. _____	} añ. scrup. j. g. xv.
	Cinnamomi.	
	Zingiberis.	
	Galangæ.	
	Marathri, id est, Fœniculi.	
	Carui. _____	

Xilo Cassiæ. _____	} añ. scrup. j.
Calaminthæ.	
Dauci.	
Pyrethri.	
Piperis albi.	
Piperis longi.	
Cyperi.	
Schœnanthi cum flore.	
Iridis.	
Amomi.	
Folij.	
Afari. _____	

Spicænardii. _____
Croci.
Gummi Arabici.
Tragacanthi.
Seminis Anethi.
Calami aromatici.
Cucubæ.

Caryophyllorum.  
Carpobalsami.  
Levistici.  
Seminis Iuniperi.  
Seminis Alexandrini.  
Seminis Sizeleos.  
Pentaphyllonis.  
Seminis Asparagi.  
Seminis Citri.  
Acori radice.  
Ammeos.  
Rhabarbari  
Nucis moschatæ.  
Ligni aloës.  
Basiliconis.  
Seminis vrticæ.  
Milli Solis.  
Rhapontici.  
Saxi fragiæ.  
Seminis melonis.  
Seminis Citruli.  
Seminis Cucumeris.  
Seminis Cucurbitæ.  
Seminis Scariolæ.  
Seminis Petroselinæ.  
Been albi.  
Been rubri.  
Styracis Calamitæ.  
Cardamomi. \_\_\_\_\_

añ. g. xv.

Penidiortum. \_\_\_\_\_ vnc. ß. scrup. ij. ß.  
Ex his omnibus, fiat Pulvis subtilissimus.

Vtuntur Medici hoc pulvere contra vitium lapidis cum decocto erucæ marinæ, aut cum alijs provocantibus vrinam.

*Vsus pul  
veris Ele  
ctuarij du  
cis.*

## PVLVIS CONTRA Sparnum, & Auriculæ Cervi vsta.

HIC pulvis authorem non habet Officinæ nostræ magistraliter parant in hunc modum;

℞. Seminis Citri mundi. — 3. ij. ß Pulvis cõ  
Cornu Cervi vsti. — 3. ij. tra spaf-  
Seminis Peoniæ. — 3. j. ß. mum ma  
gistralis.

Mar-



Margaritarum præparatarum.	
Corallii rubri præparati.	
Corallii albi præparati.	
Florum Carthami.	
Auriculæ Cervi vstæ.	añ. 3. ß.
Indi Bagadell.	
Spolii serpentis.	
Corticis Bugiæ.	
Ligni aloes.	scrup. ß.
Smaragd. præparatarum.	g. ij.
Osis de corde Cervi.	nu. j.
Panorum auri.	nu. ij.
Fiat pulvis.	

*Vsus pul-* Vtruntur mulieres hoc pulvere  
*veris con* in affectibus puerorum, quando ex  
*tra spas-* morbo spasmi ægrotant.  
*mum.*

## DE PVLVERIBVS Lenientibus.

### DE PVLVERE DIATRA- gacanthi.

**I**N hoc pulvere basis est Tragacanthi gummi, cuius facultates iam fuerunt expositæ.

Descriptio vero, quæ ex sententia Nicolai traditur, est, quæ sequitur;

<i>Pulu. Dia</i> <i>tragacan</i> <i>thi Nico-</i> <i>lai.</i>	<b>R̄.</b> Tragacanthi albi.	vnc. ij.
	Gūmi Arabici albi.	vnc. j. 3. ij.
	Amyli.	vnc. ß.
	Liquiritiæ.	3. ij.
	Seminis Melonum.	
	Seminis Citruli.	añ. 3. ij.
	Seminis Cucurbite.	
	Inidiarum.	vnc. ij.
Camphoræ.	scrup. ß.	
Fiat Pulvis.		

Accipit Nicolaus prædicta gūmi alba: alterius enim coloris degenerant à frigiditate nativa, & temporis diuturnitate calidiora redduntur: medicamentum vero frigidū est.

In modo conficiendi Electuariū ex hoc pulvere habet Nicolaus, contundenda esse illa semina frigida maiora, ex quibus emulsio cum aqua communis est paranda, cum qua de-

inceps Saccharum dissolvitur, post cuius coctionem reliquis additis paratur Electuarium.

Vt verum tamen fateamur, consueverunt nostri Semina prædicta in tota substantia cum reliquis permiscere; & certe dum in animo est pulvere tantum vti, maximo consilio permiscetur semina. Augent enim reliquorum frigiditatem, & aliquam tenuitatem tribuunt medicamento. Quædam tamen exemplaria recipiunt etiam semen cucumeris. Illud tamen non est prætermittendum, hanc pulverem esse parandum ad breves, & paucos dies. Nam horum seminum permixtione rancidum fit medicamentum, & caliditatem acquirit hinc putavit Iacobus Sylvius, vir doctissimus, vix per mensem, integram seruari horum medicamentorum facultatem: hinc factum est, ut placeat multis, tempore vsus, permiscere semina prædicta, ne vitient compositū. Sed, licet, in medicamentis frigidis id fieri possit, in calidis vero compositionibus videtur id non posse fieri; Ex tempore siquidem nequunt calidorum medicamentorum facultatem retundere. Ergo præstantius multo est, medicamenta, quæ recipiunt huiusmodi semina, & similia, parare in exigua quantitate; quod intelliget Pharmacopola ex multis, aut paucis Schedulis in sua officina scriptis. Quod si rancidum fiat medicamentum, quod recipit huiusmodi semina, foras eiiciatur, tanquam pessimum.

### DE PVLVERE DIA- papaveris.

**A**B eodem Nicolao paratur hoc medicamentum, ex quo fit Electuarium frequentissimum: & est Schedula, quæ sequitur.

<b>R̄.</b>	Succi Liquiritiæ.		3. x.
	Tragacanthi.	añ.	
	Gummi Arabici.		

*Pulu. elec*  
*tuarij dia*  
*papaveris*  
*Nicolai.*



Seminis Papaveris albi.	} añ. 3. xx.
Penidiarum.	}
Amigdalorum dulcium mundatarum.	} 3. x.
Amyli.	} añ. 3. v.
Seminis Cidoniorum.	}
Seminis Portulacæ.	}
Seminis Melonum.	}
Seminis Citruli.	}
Seminis Cucumeris.	} añ. 3. viij.
Seminis Cucurbitæ.	}
Seminis Malvarum.	}
Seminis Lactucæ.	} 3. viij.

Ex hoc Pulvere Nicolaus cum Syrupo violarum, aut sapa parat cōfectionem.

Illud tamen observandum est non debere nos vti hoc medicamento, nisi recenter parato; citissime enim corrumpitur, præsertim vigente canicula; constat enim ex multis simplicibus oleagin eam substantiâ habentibus.

Cum fere semper vtamur hoc pulvere in Electuarii forma, non est quãtitas perscribenda; sed per integrum diem, & per plures licet vti Electuario parato ex hoc pulvere.

Vtuntur Medici hoc Electuario ad humiditatem nativam deperditam, & in pectoris affectibus; & prodest hæcticis, pthificis nimium vigilantibus.

Vfus Electuarij Diapapaveris

## DE PVLVERE ELECTUARIJ RESUMPTIVI.

PARATUR hic Pulvis à Nicolao Florentino hoc modo.

	Rosarum.				
Pulvis Electuarij Resumptivi Nicolai Florentini.	℞.	Liquiritiæ.	} añ.	}	3. ij. g. v.
		Sacchari.	}		
		Gummi Tragacanthi.	} añ. 3. ij. scrup. ij.		
		Gumi Arabici.	}		
		Santali albi.	} añ. scrup. iij.		
		Santali rubri.	}		
		Seminis Papaveris albi.	}		
		Succi Liquiritiæ.	}		

Amyli.			
Seminis Portulacæ.	} añ.	}	3. iij.
Seminis Lactucæ.	}		
Seminis Scariolæ.	}		
Caryophyllorum.	}		
Spicænardii.	} añ.	}	3. ij.
Cinnamomi.	}		
Zedoariæ.	}		
Zingiberis.	} añ.	}	3. ij.
Styracis Calamites.	}		
Croci.	} g. v.		
Penidiarum.	} vnc. β.		

Seminis Melonum.			
Seminis Cucurbitæ.	}	}	3. iij.
Seminis Cucumeris.	}		
Seminis Cidoniorum.	}		
Amigdalorum dulcium mundatarum.	}		
Nucleorum pineorum mundatarum.	} añ.	}	3. iij.
Seminis berberis.	}		
Seminis malvarum.	}		
Seminis bombacis.	}		
Violarum.	}		
Sebesten.	}		

Fiat Pulvis.

Licet in hoc pulvere sint non nulla medicamenta mollia, pro mixtione tamen medicamentorum siccorum in pulverem abeunt.

Vtuntur Medici ad hæcticos, pthificos, & similibus affectibus laborantes.

Omnes pulveres antecedentes semper in subtilem substantiam sunt reducendi: ex quibus solus pulvis dacciminum extrahitur; qui aliquanto crassius teritur.

Vfus pulveris Electuarii resumptivi.

## DE PVLVERIBVS Purgantibus.

Quoniam varii sunt pulveres purgantes, ex quibus sunt suppositoria, proinde de suppositoriis, & de vario describendi modo pauca proponemus.

In primis illud est observandum non recte facere medicos, qui ad paranda suppositoria confectiones des-

cri-



cribunt; cum enim ad acquirendam formam suppositorii sint confectiones igni admoventæ adeo, ut fere vrantur omnis vis, & facultas medicamentorum simplicium ingredientium prædictas confectiones perditur, ac evanescit. Proinde ergo vnus tantum modus est præcipuus, & utilis describendi suppositoria ita, ut Medicus loco confectionis describat pulverem, ex quo paratur confectio. Confectio namque ex medicamentis simplicibus, in pulverem redactis, & eo solo Melle despumato fit; unde describet Medicus suppositoria hac ratione;

**Rx.** Pulveris Hieræ Logodionis, vel pulveris Hieræ Nicolai compositæ, vel alterius ʒ. j. ꝑ. Mellis cocti. q. s. fiat suppositorium.

Tunc enim Mel tantum igni exponitur, cui ab igne extracto simplicia medicameta, ex quibus paravatur confectio, permiscetur absque vlla facultatum dissipatione.

Ex ijs colligimus materiam suppositorii esse, Mel, formam vero suppositorii esse veluti digitum oblongum desinentem in cuspidem duram.

Si aliquando in quibusdam regionibus non servantur pulveres variarum confectionum poterit Medicus monere Pharmacopolam, ut habeat pulveres servatos ex variis confectionibus ad paranda suppositoria, & ad varios alios vsus. Hoc enim certum est ex illis compositionibus, quæ tantum recipiunt medicamenta in pulveres redacta, & Mel, posse servari pulveres, unde in officinis Valentinis pulveres purgantes sunt hi, qui sequuntur.

### DE PVLVERE HIERÆ simplicis Galeni.

**F**X variis locis desumitur descriptio pulveris huius, sed quæ apud Valentinos est in vsu, ita se habet;

<b>Rx.</b> Spicanardi.	_____	} 3. vj.	<i>Pulu. Hieræ 5. Galeni.</i>
Afari.	_____		
Cinnamomi.	_____ añ.	} 3. v.	
Xilobalsami.	_____		
Mastiches.	_____	} 3. v.	
Croci.	_____		
Aloes.	_____	3. lxxxx.	

Aliquando tamen paratur ex eadem quantitate Croci cum aliis medicamentis, & cum dragmis centum Aloes, aliquando cum Aloe lota, quandoque illota. Unde in animo cum est magis roborare, & minus evacuare, lavatur Aloes, & præterea imminuitur quantitas Aloes. Unde ex ea tantum iniiciuntur ʒ. lxxx. quædoque vero, quia magis in animo est purgare, quam roborare, non lavatur Aloes, & additur quantitas Aloes ita, ut recipiat ipsius pulveris prædicti vnc. cxx: sed Galenus, ut ipse testatur, sub quantitate à nobis proposita, vsus fuit hoc medicamento cum felici successu.

Utuntur Medici hoc pulvere ad bilem purgandam, & ex primis tantum venis; quoniam ob terrenam substantiam non transit eius facultas Hepar. Reliqua vero medicamenta iuvant actionem ipsius Aloes suo calore; roborant ventriculum; inscindunt, atque attenuant crassos humores. Unde non est mirum hoc medicamento purgante bilem, etiam expurgari pituitosos humores, immo, & ad id optime illo utuntur Medici duplici de causa; prima, quia medicamenta simplicia, Aloes excepta, suo calore & tenuitate inscindunt, atque attenuant humorem impactum in tunicis ventriculi; secunda, quia Aloe sua amaritudine valet prædictos humores impactos tergere. Ex quibus constat prædictum pulverem per se bilem evacuare, quod fit similitudine substantiæ, quæ est inter Aloem, & bilem, ex accidenti vero humores crassos educere, & à manifesta qualitate tergere: oportet tamen, ut simplicia medicamenta hanc efficiant actionem in ventriculo, comminuantur in partes crassas. Nam si

*Vsus Pulveris Hieræ 5. Gal.*



in tenuēs redigantur, altas partes petunt, & non iuvant Aloem ad actionem.

Quandoque ex Pulvere prædicto, & Melle paratur confectio, quam vocant hieram picram.

In hoc Pulvere parando, quoniam Xilobalsamo caremus, eius loco lignum Aloes est accipiendum.

*Hiera qui bus in locis à Gal. traditur.*

De hac compositione egit Galenus variis in locis; quam alio nomine vocat Dialoes, vt lib. 6. de fanit. tuen. lib. 7. Meth. lib. 2. & 8. de compositione secundum locos.

## DE PVLVERE HIERA composita, & Benedicta.

**H**orum pulverum descriptiones à Nicolao traduntur, quas non describimus, ne eandem rem bis repetamus. Cum enim proponemus confectioes Hieræ compositæ, & Benedictæ, & ab ipsis Mel auferemus, reliqua quæ supersunt, in pulverem redacta constituunt Pulveres prædictos.

*Vsus pul veris Hiera compositæ & benedictæ.* Utuntur Medici Pulvere Hieræ compositæ ad paranda suppositoria in levi Apoplexia, & Epilepsia.

Utuntur vero Pulvere Benedictæ ad prædictos astetus; ex ipso Pulvere parantur pilulæ in renum affectibus, dum adsunt humores crassi, aut tophi.

## DE PVLVERE HIERA Logodionis, & Hieræ Diacolocintidos.

**P**ropter rationem expositam non proponimus horum pulverum descriptiones.

*Vsus pul veris Hiera Logo dionis.* Vsus vero horum Pulverum præcipuus est ad paranda suppositoria in quacunque Apoplexiæ, Epilepsię, &

Paralyfis differentia, vel similium affectuum: Sed præcipue, dum vehementer vrgent huiusmodi affectus.

## DE PVLVERIBVS AD varios vsus.

### DE PVLVERE RESTRICTIVO sine auctore.

R.	Rosarū rubearū. —	} vnc. ij.	<i>Pulvis Restrictivus magistra lis.</i>
	Balaustiarum.		
	Nucum cupressi. añ.		
	Myrthillorum.		
	Foliorum Myrthi. —		

	Ofsium Myrobalanorū. —	} vnc. j.
	Nucis Moscathæ. añ.	
	Caryophyllorum. —	

	Thuris. —	} vnc. ss.
	Mastiches. añ.	
	Sanguinis Draconis. —	
	Boli. —	vnc. vj.

Fiat Pulvis.

Utuntur Medici, & Chirurghi hoc Pulvere, per externa, partibus contulsis, ad roborandum, & repellendum, & quandoque, si adsit vulnus, ad sistendam fluxionem, dum vulnus optime deligatum est; inspergitur caro hoc Pulvere; aut paratur Cataplasma cum albumine ovi, aut aqua, & aceto, aut decocto Plantaginis, vel altero simili medicamento.

In nimia etiam sanguinis effusione per nares, applicatur hic Pulvis fronti in Cataplasmatibus forma.

## DE PVLVERE CONTRA vermes.

**H**uius Pulveris descriptio magistraliter paratur hoc modo.

R.	Foliorum Sene. —	} añ. vnc. ss.
	Polipodii. —	

I

Dicta

*Pulvis ab una Vermes magistralis.*



Dictami. _____	} añ. 3. iij.
Seminis Alexandri- nii. _____	

Agarici. _____	} añ. 3. iij.
Lupinorum. _____	
Baccarum lauri. _____	

Seminis Brassicæ. _____	} vnc. β.
Cornu Cervi vsti. _____	
Absinthii. _____	

Seminis Portulacæ. _____	} añ. 3. ij.
Seminis Vrticę. _____	
Seminis Sinapis. _____	
Centaurii minoris. _____	

Fiat Pulveris.

*Vsus Pul-  
veris con-  
tra Ver-  
mes.*

Vtuntur Medici hoc pulvere ad vermes necandos, & ad cibos corruptos ex ventriculo eiiciendos.

### DE PVLVERE CON- tra infitum, ut vocant.

**H**uius descriptio Pulveris est magistralis, & paratur hac ratione.

*Pulvis cõ-  
tra infitũ  
magistra-  
lis.*

R. Radicis Dictamni. _____	} añ. vnc. j.
Origani. _____	
Sene. _____	

Phylipendulę. _____	} añ. vnc. β.
Coralli rubri præpa- rati. _____	

Cornu Cervi vsti præpa- rati. _____	} añ. vnc. β.
Seminis Eruçæ. _____	

Scoriæ ferri præparatæ. _____	vnc. viij
-------------------------------	-----------

Fiat Pulvis.

Ad hunc Pulverem parandum illud in primis est observandum, ut nomine Scoriæ ferri, sive stercoris intelligamus illud excrementum spongiosum, densum, ac molle magnum, quod infornacibus fabri ferrarii reperitur; quodque vulgus Valentinus vocat cagaferro. Hoc ergo medicamentum diligenter est in pollinera comminuendum, deinceps in mortario aqua fontana, vel fluviali effusa toties debet abluí, quosque nullum inquinamentum in aqua reperiat.

*Scoriæ fer-  
ri præpa-  
ratio.*

Id depræhendetur, tum visu, tum sapore. Ex hac vero lotionem illud utilitatis reportatur, quod, præterquam quod ab excrementis defecatur, Emphyreuma etiam ex igne contractum deperdatur. Transacta iam huiusmodi lotionem, infundatur in aceto acerrimo, & soli exponatur: & cum siccatum fuerit, iterum addatur tantundem aceti; quod terties repetatur. His enim vicibus experientia comprobatum est evasisse optime præparatum; denuo supra porphyrum cum aceto debet preparari; ac tandem exiccari, ac cribro transmitti.

Vtuntur Medici hoc pulvere ad humores in ventriculo puerorum corruptos evacuandos, quibus vtuntur frequenter simul cum Rhodomelle.

*Vsus Pul-  
veris con-  
tra infitũ  
ut loquuntur  
Valentini*

### DE PVLVERE Ducis.

Magistraliter paratur hic pulvis hac ratione;

R. Cinnamomi. _____	vnc. β.
---------------------	---------

Zingiberis. _____	} añ. scrup. j.
Galangæ. _____	
Nucis Muscathæ. _____	
Cardamomi maioris. _____	

Sacchari. _____	vnc. vj.
-----------------	----------

Sacchari. _____	vnc. vj.
-----------------	----------

Fiat Pulvis.

Hoc pulvere passim vtuntur mulierculæ in intemperie ventriculi frigida. Sed modus exhibendi talis est; accipiuntur frusta pannis intestellarum forma, & torrefiunt; deinceps in vino infunduntur; ac tandem infperguntur prædicto pulvere, & vespere exhibentur tales panis tesselle loco alimenti, seu scenæ,

*Vsus Pul-  
veris Du-  
cis.*

### DE PVLVERE TE- rræ Camellorum.

Paratur magistraliter hic Pulvis hac ratione.

R. Terræ Cimoliæ. _____	lib. j.
Sulfuris vivi. _____	vnc. vj.

*Pulvis ter-  
ræ Camel-  
lorum.*

Fiat



Fiat Pulvis:

*Vfus pul-  
veris ter  
re Camel* Hic Pulvis habet facultatem ex-  
tergerendis; ac proinde huius vsus est in  
pauperibus scabie affectis, ex quo pa-  
ratur unguentum ex vnc. ij. huius  
pulveris effulsis vicissim intra mor-  
tarium oleo, & aceto, dum accedant  
ad lenimenti formam.

Sed primo loco ad parandum hoc  
unguentum est oleum iniiciendum  
mox aliqua portio aceti, post alia  
portio olei, & sic vicissim ad finem.  
Nam si primo loco acetum iniicia-  
tur, adeo dissolvitur, & disgrega-  
tur Pulvis, vt nequeat deinceps oleo,  
& aceto uniri.

## DE PVLVERE AD Dealbandos, & confir- mandos dentes.

Hic Pulvis magistraliter paratur  
hac ratione.

<i>Pulvis ad dentes ma- gistralis.</i>	Rx.	Sanguinis Draco- nis viri.	_____	} vnc. β.
		Mastiches.	_____	
		Thuris.	_____	
		Grani tinctorum.	añ. _____	
		Balaustiorum.	_____	
		Corallij rubri præparati.	_____	
		Cinnamomi.	_____	
		Santali rubri.	_____	
		Aluminis vsti.	añ. vnc. β.	
		Spumę Maris.	vnc. iij.	

Fiat Pulvis.

*Medica  
menta ad  
dealbandos  
& confir-  
mandos de-  
tes.* Quodcunque medicamentum,  
quod sit austero, vel acerbō sapore,  
optimum est ad confirmandos den-  
tes, dummodo curetur distillatio.  
Nā quandoque contingit dentes di-  
moveri propter confluxum alicuius  
humoris à cerebro; quandoque ve-  
ro à causa externa; & optimus est  
Pulvis medicamentorum habentium  
vim cōprimendi: aspera vero omnia  
optima sunt ad dealbandos dentes,  
dummodo terream, aut ossēā habue-  
rint natura, vt corallium, & similia.

Quandoque etiam vtimur Marga-  
ritis cum scelici successu, aliquando  
cornu cervi vsto, & denique, vt qui-  
dam pro secreto vtuntur Pulvere um-  
bilici marini; cum succo limonum;  
insigniter enim hæc duo excrementa  
dentium abstergunt; oportet autem  
cauere, ne huiusmodi medicamenta  
attingant gingivas, ne illas exulce-  
rent.

Umbilicus marinus est conchilio-  
rum genus contractum in forma um-  
bilici humani.

## DE PVLVERE Reginæ.

Hæc descriptio tanquam præ-  
stantior magistraliter para-  
tur in officinis; licet, etiam  
aliæ descriptiones huius  
Pulveris reperiantur. Sed hæc in gra-  
tiam Reginæ Aragoniæ fuit com-  
posita hoc modo.

Rx.	Mastiches.	vnc. ij. 3. ij.	} Pulvis Re- ginæ Ara- goniæ.
	Sigilli beatę Ma- riæ.	_____	
	Foliorum olivarum.	_____	
	Balaustiorum.	_____	
	Boli armenici.	_____	
	Nucum cupressi.	_____	
	Corticis citri.	añ. 3. ij.	
	Florum myrti.	_____	
	Radicis simphiti.	_____	
	Tormentillæ.	_____	
	Bistortæ.	_____	
	Foliorū arboris pini.	_____	} vnc. β.
	Galarum.	añ. _____	
	Corticis seminis sumach.	---	
	Visci quercini.	_____	} 3. j. β.
	Carabæ.	_____	
	Ben albi.	_____	
	Ben rubri.	_____	
	Seminis plâtaginis.	añ. _____	
	Myrtillorum.	_____	
	Berberis.	_____	
	Stepæ maris.	_____	
	Stepæ femine.	_____	



Fiat Pulvis.

*Vsus pulveris Re- gine.* Huius Pulveris vsus frequentissimus est ab obstetricibus in abortu. Exhibent enim prædictum pulverem per se, aut permixtum cum pulvere corallii rubri præparati; & cum pulvere radice bistortæ, & horum triû accipiunt quantitatem dragmarum duarum pro vna dosi.

### DE PVLVERE PA- pæ Benedicti.

**H**Vius Pulveris descriptio magistraliter fuit parata in gratiam Pontificis Benedicti de Luna, & sic habet.

*Pulv. Pa- pæ Bened.* **R**. Coriandri præparati. — vnc. vj.  
Seminis anisi. —  
Fœniculi.  
Carui.  
Sezeleos. — añã. — vnc. j.  
Radice Dictamni.  
Liquiritiæ.  
Cinnamomi. —  
Sacchari albi. — lib. j.  
Fiat pulvis.

*Vsus pulveris Pa- pæ Bene- dicti.* **H**IC Pulvis optimus est adiuvandam ventriculi coctionem; & præterea ad flatus discutiendos; cuius vsus est post ientaculum, & cœnam, sub quantitate duorum cocleariorum; & præcipue exhibetur iis, qui agunt quadragesimum annum ad sequentes. Nam præter affectus propositos, alios etiam producit. Prodest enim calculosis, & ijs, quibus renes humoribus crassis abundant, doloribus capitis à flatibus elevatis à ventriculo contractis: est siquidem medicamentum familiarissimum, maxime vsitatum præcipue in frigidis regionibus; & securissimum est: quoniam facultas coriandri, ex qua damnum poterat timeri, emendatur præparando illud præparatione, quæ à nobis inferius tradetur, in confectioe requiei pectorum; calor etiam reliquorum me-

dicamentorum corrigitur permixtionem Sacchari; liquiritia vero valet meatum vrinatorum, & eius instrumenta ab excrementis defecare.

### DE PVLVERE IOAN- nis de Vigo.

**H**VIVS Pulveris descriptio paratur à Ioanne de Vigo Medico Chirurgo libro 8. cap. de medicinis corrosivis, & putrefactivis hoc modo;

**R**. Argenti vivi. — lib. j. *Pul. Ioan- nis de Vi- go.*  
Aquæ fortis. — lib. ij.

Fiat pulvis.

In primis nomine aquæ fortis, aquam intelligimus, qua aurifici, vel fabri argenti aurum ab argento separant; & est medicamentum compositum per distillationem ex calcantho, nitro, & alijs. *Aqua for- tis.*

Circa præparationem huius pulveris modus quo fit primo loco est proponendus, quoniam varii varie hunc pulverem parant. Sed facillimus ordo componendi hunc pulverem est, ut simul aqua fortis, & argentum vivum iniiciantur in amphoram, quæ possit recipere libras quatuor aquæ communis; deinde prædicta amphora reponitur in vase terreo lati oris, & duo vassa simul vnum intra aliud, igni exponuntur parato ex carbonibus accensis, & tandiu coquantur, quousque nulla fumosa substantia exeat; & præterea aqua, & argentum concreverint modo panis salis, tunc extrahuntur ab igne, & rupto vase vitreo illa materia sic cōcreta in minimas comminuitur partes, & præterea per cetaceum sericum cribatur; tunc reponitur in vase terreo ad eam rem apto, & igni lento exponitur; & ea, quæ vocatur spatha movetur; & transacto aliquo temporis spatio, iniicitur portio prædicti pulveris supra papirum, quæ si referat Minii colorem, erit optime confectus, ac præparatus; quod si non dum ac-



quisiverit colorem prædictum, ad huc maneat supra ignem, quovsque accipiat terminum propositum. Ultimo vero irroretur supra ignem guttis aliquot aquæ rosacæ, ac demum post refrigerationem iterum cribetur, & in vase vitreo reponatur ad vsus.

Indigui sane tot præparationibus hoc medicamentum; est enim maxime causticum, & sua acrimonia intolerabiles solet, ac potest excitare dolores, ac proinde vt empyreuma contractum ex illa prima coctione deperdatur, amplius decoquitur in pulverem redactum; quam coctionem asationem vocamus, cuius cum varij fin gradus, hic modus adurendi calcinatio vocatur.

*Vsus pulveris verisloannis de Vig*  
Tandem, vt reddatur mite medicamentum, quantum eius natura patitur, irroratur aqua rosacea. Solent nonnulli vti hoc medicamento in morbo gallico affectis sub quantitate trium, aut quatuor granorum;

quod medicamentum præcipitatum vocant; licet præcipitati aliæ sint differentia; vt cunque tamen sit, huius medicamenti vsus non est, tutus, & securus; imo maximos cruciatus semper, aliquando vitæ periculum affert.

Ad alios ergo vsus paratur prædictus pulvis, & præcipue ad inducendam scaram in carne fere de mortua, & putrefacta, quo tempore permiscetur cum pulvere aluminis vsti, quædoque citra alumen venit in vsus; sed tamen in vlceribus pudendi est præstantissimus huius pulveris vsus, & quoniam dum solus applicatur, in gentem infert dolorem, proinde hunc pulverem permiscemus cum vnguento albo.

Placuit quibusdam pulverem prædictum parare in vitreo instrumento, bistorta vocato, & exposito receptorio extrahunt aquam per sublimationem ad vlcera, & alios vsus.

## DE CONFECTIO- NIBVS.

**M**ETHODO proposita primo loco formam confectio-nũ explicabimus; deinde materiam proponemus. Forma confectio-nũ nec est fluxilis, nec multũ crassa: habent enim confectio-nes eandem substantiam, quam Mel mediocris consistentia.

Materia confectio-nũ nihil aliud est, quam Mel, vel Saccharum; & vtrũque horum cum liquore idoneo pro varijs scopis percoquitur in Syrupum, præterquam in confectio-nem Diamoschi dulcis, Mel ingreditur crudum, idest, non despumatum. Et licet hæc duo sint materies confectio-nũ, idem potest efficere quodecunque medicamentum lentum, præci-

pue si sit grato sapore. Nam parantur medicamenta in forma confectio-nũ, vt pulveres multorum simplicium medicamentorum, vel, vt verius loquamur, ipsorum facultates conspirent in vnã naturam; & præterea, si aliqua sit noxa in quocunque medicamento, possit per fermentationem corrigi: in nulla vero medicamentorum forma felicius fit fermentatio, (vt dicitur) quam in forma confectio-nũ. Nam medicamenta, quæ parantur in forma solida, non sunt apta, vt in ipsis fiat optima fermentatio; sunt enim valde quæta. Quæ vero parantur in forma liquida non possunt invari ab ambiente frigido, vel calido, ac propterea neque in his fit optima fermentatio; at in

*Fermentatio cur in confectio-nibus felicius fiat quam in alijs medicamentis*



medicamentis, quæ constant mediocri substantia, & consistentia, optima fit fermentatio. In primis enim medicamenta simplicia non quiescunt in vno loco, sed ad motum materiæ, (Mellis, scilicet, Sacchari, vel alterius rei lentæ) moventur, adiuta à calido ambiente, vel à frigido per antiperistalticum tum ad motu instrumento, dicto Spatha. Nam præcipue, in medicamentis opiatis, tum etiam & in polichrestis, singulis septenariis agitantur prædicta medicamenta, prædicto instrumento, donec transferint sex menses; felicius tamen multo fit fermentatio tempore æstatis; tunc enim materia liquefit, & melius confunduntur inter sese medicamenta; quæ confusionem fermentatio, fermentatione optima, & perfecta mixtio sequitur. Agit enim quælibet facultas medicamenti in hac mixtione, ut instrumentum substantiæ vero permiscetur.

De quantitate materiæ, non est, quod controversiam proponamus, sed certa methodo est veritas in danda. Et cum duo sint instrumenta, ex Galeno, de alimentorum facultatibus primo, ad consequendam veritatem, ratio, scilicet, & experientia; his duobus possumus venire in cognitionem quantitatis materiæ. In primis, Mel, vel Saccharum, omiſſis causis propositis, propter duas alias ingrediuntur ipsas confectiones. Prima, ut suo grato sapore valeant corrigere, & emendare in gratum saporem medicamentorum: Secunda, ut possit facultas medicamentorum simplicium per longum tempus conservari. Experientia vero constat Mel, vel Saccharum, in quadrupla proportione in formam Syrupi, posse recipere, simplam portionem medicamentorum in pulverem redactorum, & sub his quantitatibus datur consistentia mediocri. Præstat igitur ex his, Mel, vel Saccharum esse accipiendum, quantitate libræ vnius, pro tribus vnciis medicamentorum in pulverem redactorum. Sed huic præcep-

*Quantitas Mell. vel Sacchari imponenda ad confectiones præparandas.*

to vniuersali hæ conditiones sunt addendæ.

Prima est; si in confectione sint aliqua medicamenta liquida, ut Opobaltamum, Rafina abietina, Dactyli, aliquod gummi lentum, tunc temporis imminuenda est Mellis quantitas: hinc Andromachus in descriptione theriacæ magnæ, tradita a Galeno libris de Antidotis, accipit Mellis quantitatem, quæ non superat in quadrupla proportione quantitatem medicamentorum simplicium. Et præterea in confectione Cyphoides, quoniam pulpa vuarum pastiarum accipitur sub quantitate viginti, & quinque dragmarum, Mellis tantum accipit dragmas dece & sex, (quæ quantitas ab aliis male accipitur sub quantitate decem & sex vnciarum.) cum pulveres medicamentorum simplicium non distent multum ab hac Mellis quantitate.

*Mellis quantitas quando in confectionibus fit minuenda.*

Secunda, si placuerit Medico validius medicamentum parare, vel crassioris consistentiæ, opus est ipsi, quantitatem materiæ imminuere.

His explicatis, differentiæ confectionum, sunt proponendæ. Ex confectionibus alię vocantur cardiacæ, alię purgantes, alię opiatę, alię antidota, & Polichresta medicamenta, alię denique sortitę sunt nomen partitis, circa quam præcipue eluciscit illarum actio; & hæ quoniam sapore, & odore referunt naturam opiatarum confectionum, pro inde sub opiatis possunt comprehendi, ne cogamur tot differentias constituere. Aliquando vero, etiam confectiones, quæ vocantur Antidota, vel Polichresta, vel opiatę, in vnam, & eandem rem coincidunt, ut Theriaca magna, & Mithridatis confectio. Vocantur hæc medicamenta opiata, quoniam recipiunt opium; appellantur etiam Polichresta, quia varios præstant usus; & denique habent Antidoti nomen, quoniam exhibentur contra venena.

*Confectionum differentie.*

*Confectiones partitæ, vel multæ, quæ de-*

Non silentio prætermittendum est, confectiones, quæ ex Saccharo com-

*bent ratione temporis*



ponuntur, hyemis tempore esse magis coquendas, quam statis tempore; quæ Mellitæ sunt è contrarij: Nam, quæ ex Saccharo parantur, si æstatis tempore multum coquantur, sicciores evadunt, Mellitæ autem præstantiores servantur; nam hyemis tempore multum incrassantur.

His absolutis primo loco descriptiones cardiacarum proponemus.

## DE CONFECTIOIBVS Cardiacis.

### DE CONFECTIONE Alchermes.

**P**aratur hæc confectio à Ioanne Mesue, in suo Antidotario, cuius descriptio est, quæ sequitur.

*Confectio Alchermes Mesue.*  
**R.** Serici crudi tincti recenter cum decocto grane tinctorum. lib. j.  
Succi Pomorum ———— }  
dulcium. ———— } aña. lib. j. ß.  
Aquæ rosarum. ———— }

Infundatur sericum tinctum per spatium viginti quatuor horarum, in prædictis succo, scilicet, Pomorum, & Aqua rosarum, deinde paulisper decoquantur, quo vsque prædicti liquores rubeant, tunc extrahatur sericum, exprimatur, & reiciatur; & colaturæ adde;

Sacchari optimi. lib. j. vnc. iiij. 3. vj

Coquantur ad Mellis crassitiem; extrahantur ab igne, & adhuc his calentibus adde,

Ambra crudæ minutatim incise, ———— 3. iiij.

Liquata Ambra, adde pulverem sequentem

Ligni aloes crudi. ———— }  
Cinnamomi. ———— } aña. 3. vj.

Lapidis Lazuli, loti & preparati. ———— }  
Margaritarū albarū. ———— } aña. 3. ij.

Auri boni. ———— 3. j.  
Moschi. ———— scrup. j  
Misceantur, & fiat confectio.

De modo tingendi sericum, ac de Sericū tin-  
quantitate granorum tinctorum pro gendi, &  
singulis libris serici, ommissa contro- confectio  
versia, hoc est certum, vt accipian- dis paran-  
tur vnciæ octo ex granis tinctorum di ratio.

simul cum pulvere, quæ duo vocantur vulgo, cofolla, y polvo de grana, pari portione; cui quantitati granorum, & Pulveris granae iniiciuntur lib. iiij. Aquæ fontanae, ibi decoquantur, dum aqua exacte rubeat, quod fit transactis tribus, aut quatuor ebullitionibus. Postea infunduntur in supradicto decocto serici minutatim incisi, & cochleari moventur; deinde fiunt reliqua, quæ traduntur à Mesue. Sed adverte, vt Ambram, & Moschum per se cum scrup. ß. Sacchari teras, & in reliquis Pulveribus, mixtos, in Syrupò iam refrigerato permisceas, addendo vltimum, bracteas auri, quas panes vocamus.

His explicatis, observanda aliqua sunt in hac confectioe circa medicamenta simplicia, & imprimis circa Ambram, & lignum Aloes. Præcipit enim auctor, accipiendam esse Ambram crudam, & lignum Aloes crudum. Ideo id dixit, quia per coctionem adulterantur hæc duo medicamenta, extracta, scilicet, tenuiori substantia, & multum aromatica. Accipienda igitur est Ambra Grysea nigra enim, & alba sunt malæ, & sit multum odorata. Pari etiam ratione Lignum aloes eligendum est multum odoratum, cavendo, ne pro ipso vtaris Ligno Rhodino, quod ex insula Rhodos apportatur, quod amarissimum est, nimis ponderosum, & compactum.

*Quid intelligat Mesue per Ambram crudam, & lignum Aloes crudum.*

Deinde de lapide Lazuli est observandum, quædam exemplaria recipere prædicti lapidis dragm. xij. quæ quantitas non est optima ad confectioem cardiacam parandam, qualis ista est, sed est quantitas ad parandam purgans medicamentum; & hinc fit, chermes.

*Lig. Rhodinum*

*Lapidis Lazuli drac.*

*ij. & non drac. xij.*

*accipiendæ sunt in confectio.*

*Alchermes.*



# De Confectionibus.

vt medici recentiores abhorreant ab vsu confectionis, existimantes, tantū in lapide Lazuli vim, & facultatem purgandi reperiri;revera tamen præter hanc facultatem, est & alia, qua valet corroborare, dum exhibetur in minima quantitate, quemadmodum in hac confectione; nam vnique drachmæ illius fere respondet granū dimidium lapidis Lazuli, & in hac nostra sententia est doctissimus Iacobus Sylvius agens de hac confectione. Sed de præparatione huius lapidis, oportet intelligere esse præparandum hunc lapidem præparatione adducta à Mesue tractatu de Simplicibus cap. proprio de hoc lapide, quā præparationem adfert ax sententia Alexandri, & eam, vt optimam, laudat. Cum igitur confectio hæc ex Mesues sententia paretur, eiusdem votis standum est, in præparatione prædicti lapidis. Græci namque, inter quos est Dioscorides, aliter præparant lapidem Lazuli: habet enim de eo Dioscorides; vritur, vt chalcitis; lauatur, vt cadmia. Ex quibus verbis constat lapidem esse adurendum. Mesues vero monet esse abluedum citra adustionem trigies & decies in aqua Rosarum, vel Buglossæ, redactum tamen prius in pollinem. Vsus huius præparationis, in quem etiam conspirat Græcorum præparatio, est, vt, partes acres, & causticæ, quæ in hoc lapide reperiuntur, separentur; quod idem accidit in lapide Armeno.

Lapidis Lazuli præparatio.

Vsus confectionis Alcher mes. Vtuntur Medici hac confectione ad roborandum cor in syncope, in palpitatione, & alijs cordis affectibus; præcipue, quando vires cordis per essentiam languent: valet enim optimos spiritus gignere.

## DE CONFECTIO NE Cardiaca Gentilis contra Melancholiam.

Vocata fuit hæc confectio hoc nomine, quoniam à Gentili Fulgi-

no Medico fuit composita, & vocatur cordialis ad differentiam alterius compositionis eiusdem nominis, quæ composita fuit ad purgandum succum melancholicum, ac proinde gentilis laxativa appellatur. Descriptio Gentilis cordialis traditur à Gentili Fulgino in consiliis suis, secundum antiquam impressionem consilio secundo, quod sic incipit; consiliū pro Episcopo Olivenfi ad hydropiū, & recipit quæ sequuntur.

Rx. Seminis Melonis.	_____	} 3. j.	Confectio Gentilis cordialis contra me lancholiam
Cucumeris.	_____		
Cucurbitæ.	añ. _____		
Citruli	_____		
Amygdalarum dulcium mundatarum.	_____		
Strobilorum, id est, Pineorum, aqua tepida infusorum, & exicatorum.	_____	vnc. j.	
Sacchari candi violacei.	_____	} añ. vnc. β.	
Sacchari candi rosei.	_____		
Florum Borriginis.	_____	} añ. 3. ij.	
Florum Buglossæ.	_____		

Spodij.	_____	} 3. j.
Santali citrini.	_____	
Ligni Aloes.	_____	
Tragacanthi.	_____	
Cinnamomi.	_____	
Gummi arabici.	añ. _____	
Seminis Ocimi caryophilati.	_____	
Corticis citri.	_____	
Croci.	_____	
Limaturæ aurei.	_____	
Limaturæ argenti.	_____	
Margaritarum præparatarum.	_____	

Santali albi.	_____	} 3. β.
Santali rubri.	_____	
Rosarum.	_____	
Macis.	añ. _____	
Cardamomi.	_____	
Fracmentorū lapidis Zaphiri.	_____	
Fracmentorū lapidis Rubini.	_____	

Caryo-



# De Confectionibus.

73

Caryophyllorum. \_\_\_\_\_  
 Spicæ nardi. \_\_\_\_\_ añ. | scrup. j.  
 Mastiches \_\_\_\_\_  
 Seminis Endiviæ. \_\_\_\_\_  
 Seminis Portulacę. \_\_\_\_\_ añ. | 3.ij.  
 Liquiritiæ. \_\_\_\_\_  
 Penidiarum. \_\_\_\_\_ vnc.ij.  
 Sacchari dissoluti in aquis Rosarū  
 & Bublossæ. \_\_\_\_\_ lib.ij.

Fiat confectio.

*Modus cō  
ficiendi.*

Ad hanc confectionem parandam dissolvitur Saccharum cum prædictis aquis singulorum q. s. & coquantur ad punctum Syrupi liquidioris consistentiæ, his ab igne extractis in vase terreo vitreato, & in ipso Syrupo misceantur pinei prius recte exicati, & cum amygdalis, & seminibus quatuor frigidis per setaceum equinum transmissi omnia reliqua simplicia medicamenta in polinem redacta: Ut tunc vero additur aurum & argentum, ac reponitur dicta confectio in vitreo vase angusti orificij.

Observandum est de limatura aurei, & argenti cum hæc duo simplicia metallica sint, & valde ponderosa, limaturam eorum semper fundum petere, nec æqualiter commiseri confectionibus; quare in hac confectione, & in reliquis omnibus pro limatura aurei, & argenti, sumenda sunt folia auri, & argenti, quæ panes à nobis dicuntur, ita ut pro vno grano argenti vnam bracteam, vel vnum panem sumamus, pro auro vero duas bracteas, vel duos panes.

*Vsus con-  
fectionis  
Gentilis.*

Utuntur Medici hac confectione ad flatum melancholicos discutendos, & cum sit modice calida, eius usus tutissimus est etiam febre præsentente, præsertim addita borraginis, vel buglossæ conserva, dosis à 3.ß. usque ad 3.j.

## DE CONFECTIOE de hyacinthis.

**H**uius confectionis descriptio tradita fuit magistrali ratione à Petro Pintore Me-

dico Valentino tempore pestis, & habet descriptio hac ratione.

**Rx.** Hyacinthorū præ-  
paratorum. \_\_\_\_\_  
 Coralli rubri præpa-  
rati. \_\_\_\_\_ añ. | vnc.ß.  
 Terræ sigillatæ \_\_\_\_\_

*Confectio  
hyacintho-  
rum ma-  
gistralis.*

Granæ tinctorum. \_\_\_\_\_  
 Tormentillæ. \_\_\_\_\_  
 Seminis Citri. \_\_\_\_\_  
 Dictamni. \_\_\_\_\_  
 Croci. \_\_\_\_\_  
 Myrrhę. \_\_\_\_\_  
 Rosarum. \_\_\_\_\_ añ. | scrup. iij.  
 Cornu cervi vsti, & in  
 aqua rosarum extincti,  
 & præparati. \_\_\_\_\_  
 Santali albi, & Citrini. \_\_\_\_\_  
 Santali rubri. \_\_\_\_\_  
 Olsis de corde cervi. \_\_\_\_\_  
 Seminis acetosæ. \_\_\_\_\_  
 Seminis Portulacę. \_\_\_\_\_  
 Rasuræ Eboris. \_\_\_\_\_

Lapidis Zaphiri. \_\_\_\_\_  
 Margaritarum. \_\_\_\_\_  
 Lapidis Smaragdi. \_\_\_\_\_  
 Lapidis Topasij. \_\_\_\_\_ añ. | scrup. ij.  
 Serici crudi. \_\_\_\_\_  
 Auri. \_\_\_\_\_  
 Argenti. \_\_\_\_\_  
 Camphoræ. \_\_\_\_\_ scrup. j.  
 Ambræ \_\_\_\_\_  
 Moschi. \_\_\_\_\_ añ. g. vj.  
 Syrupi de succo acetositis Limo-  
 num. \_\_\_\_\_ q. s.

Fiat Confectio.

In hac confectione illud est observandum, multum laborandum esse circa præparationem lapidum propositorum supra porphyrum, resistunt enim maxime, si qui alij, ipsi triturantur.

Modus confectionis idem est, ac propositus in confectione Gentilis, dummodo Syrupus in hac non sit ita coctus, quoniam ob maximam siccitatem lapidum statim fit dura confectio, tum etiam idem efficit succus limonum, comprimit enim, ac contrahit omnia medicamenta. Hinc

*Modus cō  
ficiendi.*

**K**

pal-



passim videmus in officinis Syrupos paratos ex succis acidis, statim candefieri, etiam si non recipiant tantam coctionem, quantam reliqui, qui ex alijs succis parantur.

*Oſis de corde cerui oco quod id jumen dum.*

In defectu oſis de corde cervi, in hac confectione, & in alijs, Margaritas ponendas decrevimus.

*Cāphora in medicinis minime impoſita.*

De camphora etiam illud observandum est, non asseveram, quæ ad nos aſportatur, sed fictitiam, & adulterinam, non qualem camphoram, eburneam, legitimam, quam antiqui solebant aſportare, & magno pretio vendebant, ut auctor est Garcia ab Orta Lusitanus, Medicus, maximus investigator simplicium indiarum. Et cum hæc nostra suo odore vehementi medicameta odorata suffocet, & exhalet, ut nullo modo, si cum illis permisceatur, odor aromaticum per sentiri videatur, & quia tam ingrata medicamenta composita reddat, ut ægrotantes accipere non possint; ideo decretum facimus ex sententia Medicorum nostrorum, ut nullo modo in medicamentis immisceatur. Quod si fortasse aliquis Medicus in aliqua Scheda trochiscos de camphora velit inscribere pro suis scopis, tunc pharmacopola consulat ipsum, ut, quid pro ea sumendum sit, dicat.

## DE CONFECTIONE dia Moschi dulcis.

**D**VÆ confectiones sub nomine dia Moschi in officinis servantur, quarum altera dia Moschi dulcis, cuius descriptio desumpta est à Mesue. & est, quæ sequitur;

<i>Dia Moschi dulcis Mesue.</i>	<i>Rx.</i> Croci. _____		3.ij.
	Doronici. _____		
	Zedoaria. _____		
	Ligni Aloes. _____		
	Macis. _____		
	Margaritarum albarū. _____		
Serici crudi vsti. _____			
Charabæ. _____			

Coralli rubri. _____	aña.		3.ij.ß.
Gallia moschata. _____			
Ocimi citrati. _____			
Ben albi. _____		aña.	3.ij.
Ben rubri. _____			
Folij. _____			
Spicanardi. _____			
Caryophyllorum. _____			
Zingiberis. _____		añ.	3.ij.ß.
Cubebaram. _____			
Piperis longi. _____			
Moschi. _____			scrup.ij.

Mellis crudi quadruplum omnium.

Fiat confectio, terendo omnia medicamenta simplicia subtiliter, & cum Melle crudo, ut dictum est, quod sit quadruplum, & adverte, ut semper accipias Mel ad hanc confectionem parandam, quale ex favis sua sponte fluit, à nobis Mel virginale dictum.

Quia nostris temporibus vero, & legitimo Doronico caremus, & cum Doronicus officinarum parvam qualitatem habeat cum ex speciebus aconiti sit, ideo decretum facimus, ut in omnibus medicamentis pro vero Doronico nostra Melissa imponatur, cum aliud nullum medicamentum ad facultates veri Doronici magis accedat.

Sericum vero crudum deinde vstium, nihil aliud est, quam vellus sericum Bombycum, aut capilli setæ, in quibus clauduntur vermes; Sed cum variae sint horum capillorum differentiae, albissimi sunt eligendi; quia magis cardiaci sunt, ut aliquibus placet, à quibus statim, atque confecti sunt ab ipsis vermibus, ipsimet vermes sunt extrahendi. Non solum enim, si tanto tempore detineantur, ut in Papilionis convertantur, sed etiam aliquantulum immorentur, corrumpuntur ipsi capilli setæ & pravum contrahunt odorem. Hinc hi capilli vocantur crudi, id est, qui non fuerunt iniectione in aquam calidam; deinde predicti capilli in clibano torrefiunt, vel adurantur ita, ut possint in pulverem abire. Nam citra vstionem multum resistunt trituræ, ut iam in pulvere dia Margaritonis frigidi observatum fuit. In predicto tamen

*Modus conficiendi.*

*Doronici loco quid ponendum*

*Serici crudi vstium quid.*



pulvere citra vitionem accipiuntur, in hac vero confectione, vt valeant humiditatem absumere, ingregiuntur adusti, vel tosti.

*Gallia ab solute.*

Galliam Moschatam in hac confectione ponimus, cum quotiescunque Gallia absolute inveniatur, Moschatam intelligendam esse decrevimus. Sed accipienda est Gallia descriptio tradita ab eodem Mesue in suo Antidotario; nam est alia Gallia Moschata à Nicolao descripta, quæ in compositionibus illius imponenda est.

*Vsus dia Moschi dulcis.*

Vtuntur Medici hac confectione ad flatum Melancholicos discutendos, aliquando in vterinis affectibus cum fœlici successu.

## DE CONFECTIONE Dia Moschi vsualis.

Huius dia Moschi descriptio est magistralis, & sic habet.

<b>R.</b>	Galangæ. _____		
	Zedoariæ. _____		
	Doronici. _____		
	Ben albi. _____		
	Ben rubri. _____		
	Calami aromatici. _____		
	Caryophyllorum. _____		
	Ocimi. _____		
	Serici Combusti. _____		
	Cardamomi. _____	añ.	3. iij.
	Mastiches. _____		
	Macis. _____		
	Melissæ. _____		
	Menthæ. _____		
	Zingiberis. _____		
	Spodij. _____		
	Ligni Aloes. _____		
	Coriandri præparati. _____		
	Seminis fœniculi. _____		
	Anisi. _____		
	Cinnamomi. _____		
	Rosarum. _____		
	Spicæ nardi. _____	añ.	3. ij.
	Abinthij. _____		

Moschi. \_\_\_\_\_ gra. iij.

Mellis despumati q. s. fiat confectio tritis omnibus medicamentis in subtilissimum pulverem.

**R** Adices ben albi, & rubri, quæ ab Arabibus auctoribus scribuntur, hac nostra ætate desiderantur. Quare illarum inopia Pastinacam albam pro ben albo, & Pastinacam rubram pro ben rubro imponendas esse censemus, cum magis ad illarum accedant naturam, vt auctor est Ioannes Plaça primarius in hac Civitate Doctor Medicus, & rei herbariæ hac nostra ætate facile Princeps: aut cum Haliabas Sylvestris Pastinacæ radices sumemus.

*Ben albi & rubri loco, quia sumendū sit.*

Vtuntur Medici hac confectione in affectibus melancholicis: discutit enim flatum: roborat cerebrum, & ventriculum; & est apud Arabes in frequentissimo vsu.

*Vsus dia Moschi vsualis.*

## DE CONFECTIONE Limonata Smaragdorū.

**Q** Vamvis hæc confectio magistraliter ab omnibus pareretur, desumpta nihilominus fuit illius descriptio à Petro Pintore Medico Valentino, libro, quem composuit de peste, capite 50. Et est, quæ sequitur.

<b>R.</b>	Smaragdorū præparata _____		
	rum. _____	scrup. ij.	<i>Limonata Smaragdorū magistralis.</i>
	Hyacintorū præparatorum. _____	3. ij.	
	Seminis Pœoniæ. _____	}	
	Radici Pœoniæ. _____	añ. 3. xvj.	
	Cinnamomi. _____	}	
	Coralli præparati. _____		
	Granatorum tintorū. _____	añ. 3. xij.	
	Seminis Acetosæ. _____		
	Radici dictamni. _____	} añ. 3. xxiiij.	
	Seminis citri. _____		
	Croci. _____	3. iij.	



Visci quernici.	_____		3. viij.
Rasura Eboris.	_____		
Galangæ.	_____		
Limonata Mellis.	_____		q. s.

Fiat Confectio.

*Modus cōponendi.* Ad quam parandam in primis sume semen citri, & tritum per cetaceum equinum medullā illius transmittite, & cum reliquis medicamentis simplicibus in mortario positis, & aliquantulum tritis, permisce, vt omnia simul per setaceum sericum subtiliter transmittantur. Adverte tamen, quod semen Pæonia, priusquam in mortario apponatur, denudetur à cortice nigro, quo tegitur, qui inutilis est. Radices quoque ingredients hanc compositionem debent à cuticula, qua teguntur, denudari. Et cum omnia in subtilissimū pulverem sit redacta, cum Syrupo facto ex Melle, & succo limonum, vt tractatu de Syrupis dictum est, post infrigidationem illius confectionem para: & antequam recondas, per tres, aut quatuor dies agitā; nam ratione lapidum, & acciditatis succi solet efferrescere.

*Smaragdarum electio.* De Smaragdis, non est illud prætermittendum, scilicet, deploranda illa calamitas nonnullorum, qui decepti à falsis lapidarijs, Blasmis pro Smaragdis vtuntur, cum nullam affinitatem obtineant cum veris Smaragdis: Eligendæ enim sunt veræ, & legitimæ Smaragdi, quæ colorē viridissimum, & splendidissimum habeant; quæ quamvis lima ferrea tangantur, minime comminuantur: quæ quidē notæ in Blasmis minime reperiuntur.

*Vsus limonata Smaragdorū.* Vsitatissimum, & familiarissimum existit hoc medicamentum in pueris Epilepsia laborantibus; nec mirum; cum medicamenta calida ingredientia hanc compositionem facultatem habeant incindendi, & extenuandi crassos, viscidos, & lentos humores Epilepsiam efficientes, vt sunt galanga, & viscus quercinus; verum inter cetera præcipue morbo comitiali aduersantur, Pæonia radix, & semen:

nam de Pæonia agens Galenus 6. lib. de simplicium medica. facultate cap. proprio de Pæonia, illam summo opere laudat in puerorum morbo comitiali; Crocus vero, vt vaporosus, ducit ad cerebrum sua facultate facultates omnium aliorum. Corallus, lapides Smaragdus, & Hyacinthus relucantur putredine sua siccitate, vel vt alijs placet, tota sua substantia conducunt aduersus multa mala cordis; & hinc fit, vt Medici non tantū vtantur hac confectione in morbo comitiali, sed quotidie parent confectiones in cordis affectibus.

## DE CONFECTIO

## Theriaca de citro.

**H**ÆC confectio magistraliter paratur, & fuit inventa à Medicis Valentinis, qui ex libro de venenis Arnaldi de Villanova in descriptione confectionis Mitridatis parvæ desumpserūt nuces, & ex quibusdam trochiscis de citro vocatis eiusdem auctoris semē citri, semen cydoniorum, semen bombacis, Diſtamum, Scobem cornu cervi, quibus addiderint semen Acetosæ, Crocū, & Syrupum de acetositate citri. Descriptio vero talis est;

R̄.	Seminis Citri.	_____	lib. j.
	Seminis Acetosæ.	_____	vnc. viiij.
	Radiciſ Diſtami.	_____	
	Seminis Cydoniorum.	_____	
	Seminis bombacis.	_____	vnc. iiij.
	Rasura cornu cervi.	_____	
	Croci.	_____	3. viiij.
	Medullę Nucum ad pondus omnium prædictorum.	_____	
	Syrupi acetositatis citri.	_____	q. s.

Fiat confectio.

Paratur hæc confectio hac ratione; Semen citri per se trituretur, & cetaceum equinum medulla eius extrahatur. Semen bombacis prius, etiam per setaceum equinum transmissum cum reliquis simplicibus in mortario misceatur, & subtiliter cribentur.

Nu-

*Theriaca de citro magistralis.*

*Modus cōficiendi.*



Nuces vero per se tritæ per setaceū quoque equinum transmittantur, addendo Crocum cum Syrupo calido dilutum.

*Vsus the  
riacæ de  
citro.*

Vtuntur Medici thearica de citro in morbilis, & variolis, præterea in febribus punctularibus, & est in frequentissimo vsu in hac nostra civitate apud mulieres in omnibus affectibus cordis, ita vt tanquam alimentum illa vtantur.

**DE CONFECTIOIBVS**  
opiatīs dictis, tum etiam de  
aperientibus, & de  
alijs.

**DE CONFECTIOE**  
*Requiei puerorum.*

**M**agistraliter paratur hæc confectio hoc modo.

*Requies  
puerorum  
Magistra  
lis.*

**Rx.** Corticum Papaveris albi torrefactorum. ——— vnc. ij.  
Coriandri præparati, & torrefacti. ——— vnc. j.  
Pulveris Diatrægacanthi frigididi. ——— vnc. ß.  
Seminis Anisi. ———  
Seminis Anethi. ——— añ. | 3. iij.  
Seminis Portulacæ. ———  
Cinnamomi. ———  
Coralli rubri præparati. ——— añ. 3. iij.  
Mellis despumati. ——— lib. ij.  
Fiat confectio.

*Modus cõ  
ficiendi.*

Omnia medicamenta simplicia in hac confectioe subtiliter sunt redigenda; sic enim facultas frigida Papaveris corrigitur, & vias sternunt, vt ducant ad cor Papaveris facultatem, & vim, quod perpetuo est in omnibus opiatīs; & cum Melle despumato paretur confectio.

*Coriandri  
præparatio.*

Coriandrum, antequam in compositionem veniat, debet præparari, vt omnem eius noxam abigamus. Co

riandrum enim tentat caput non caliditate sua, partiumve tenuitate, sed vaporum copia, vel vt Gorreus scribit in alexipharmaca Nicandri à naturali, quæ illi in est, proprietate. Eius autem præparatio desumitur à Chirico de angustis. in suo thesauro aromatariorum super trochiscos de Spodio cum semine Acetosæ, & præparatur hac ratione. Coriandri grana bene laventur aqua communi, vt ab is pulvis amoveatur; postea infundantur in forte acetum per quatuor dies agitando manu, postea colentur, & superponantur succi cydoniorum, & aquæ rosacæ añ. pariter æquales, & per duos dies intus permittantur, movendo quotidie, & saepe quidem manu. Postea colentur, & soli ad exiccandum exponantur. Sic enim præparatum, tantum abest, vt mentem tenet, ac lædat, vt vix aliud præstantius medicamentum sit ad recuperandi vapores, qui in cerebrum feruntur.

*Vsus Re  
quiei pue  
rorum.*

Vtuntur Medici hac confectioe in affectibus ventriculi, & cerebri frigidis, non in quibus sit humor extenuandus, sed dum modice flatus est discutiendus, & aliquantulum somnus conciliandus. Sed familiarissimū est medicamentum pueris: obstretices enim, & reliquæ mulieres passim vtuntur hac confectioe in pueris multum plorantibus sola, aut cū theriaca de citro, & cum fœlici successu.

**CONFECTIO DIACIDONITIS Galeni à peritissimo Doctore Placæ parata.**

**Rx.** Succi Cydoniorum. ——— añ. vnc. vj.  
Mellis optimi. ———  
Aceti albi. ——— vnc. j. ß.  
Syrupi de Agrella. ——— vnc. iij.  
Coquantur ad Mellis despumationem

*Diacido  
nites Pla  
cæ.*



nem; tunc adde, quæ sequuntur in pulverem subtilem redacta;

Ligni Aloes. —————		3. j. β.
Cinnamomi. —————		
Coralli rubri præparati. ———		añ. scrup. j.
Zingiberis. —————		
Cariophyllorum. —————		3. ij. β.
Mirobalanorum chebulorum. ———		

Mirobalani crassiuscule terantur, vt possint ex ventriculo purgare, & fiat confectio.

Solebat antiquitas confectionem diacidonitis ex sententia Galeni parare, quæ optima est affectibus propositis à Galeno lib. de tuenda valetudine.

Quoniam tamen non est tutus vsus illius confectionis, vt traditur ab ipso, proinde hæc nova diacidonitis confectio à peritissimo Doctore Plaça parata fuit; quoniam illa, vt ipse habet, nimis calida est præsertim Hispânis: hæc autem gratior, & magis benigna, & vna leviter ex ventriculo purgat, & summe roborat.

Hæc Plaça. Hæc itaque compositio est, quæ à nostris pharmacopolis Valentinis seruat, & seruari debet; nihilominus tamen, quoniam si alicui pharmacopolæ placuerit ex sententia alicuius Medici pro suis scopis confectionem Galeni parare, visum nobis est eius descriptionem adducere, & est, quæ sequitur;

*Vsus dia-  
cidonitis  
Plaça.*

### CONFECTIO DIACIDONITIS ex 6. lib. de sanit. tuenda Galen. extracta.

Rx. Succi cidoniorum. —————		añ. lib. j.
Mellis optimi. —————		
Aceti albi. —————		vnc. vj.
Coquantur lento igne, donec spumatum detraxeris; tunc adde, quæ sequuntur in polinem redacta;		

Zingiberis. ————— 3. ij.  
Piperis albi. ————— 3. j.

Iterum coquantur lento igne ad Mellis crassitiem.

*Modus cō-  
ficiendi.*

Circa modum conficiendi, illud in primis est observandum, esse paran-

dam hanc confectionem in vase terreo vitreato propter acetum, & succum cidoniorum. Secundo Zingiber, & Piper album sunt decoquenda cum reliquis, vt habet Galenus: sic enim calor inflamabilis, & multum tenuis expirat; sed hoc visum fuit quibusdam Pharmacopolis difficile. Habent enim tanquam inviolabile præceptum nullum medicamentum in polinem redactum esse decoquendum. Nam, vt aiunt, deperditur medicamento facultas; falluntur tamen; nam etiam si id exacte novit Galenus, voluit tamen aliquam facultatem à scopo alienam, exhalari, ac deperdi.

De effectibus huius confectionis diffusum agit Galenus lib. de tuenda valetudine.

*Vsus dia-  
cidonitis  
Galen.*

### DE CONFECTIOE Dia Satyrion alia.

**D**VAS adfert descriptiones Mesues in Antidotario confectionis dia Satyrionis, altera invenitur simpliciter sub nomine confectionis dia Satyrionis, altera vero, quæ in vsu est tanquam præstantior, vocatur dia Satyrion alterum. Et fit hoc modo;

Rx. Secacul albi mundi, & elixati		añ. lib. j.
in aqua cicero secun-		
da. —————		vnc. viij.
Testiculorum vulpis. —————		
Radicū Rhapsani domestici. ———		vnc. iij.
Luf plani, id est, radicis Dra-		
contij. —————		vnc. ij.
Terantur, & infundantur in suffi-		

cienti quantitate, Lactis ovini, aut Vaccini, addiicendo.

Olei Sesamini. —————		añ. vnc. iij.
Butyri vaccini. —————		

Et coquantur lento igne ad iustā crassitiem; &, dum radices molles fiant, tunc conterantur in lapideo mortario, & transmittantur per cetraceum equinum; his adde

Mellis despumati. —————		lib. vj.
Succi cepæ recentis. —————		
lib. j. β.		lib. j. β.
lib. j. β.		

Co-



Coquantur iterum ad Mellis cras-  
sitiem; extrahantur ab igne; & tunc  
adde hunc pulverem.

Scinci caudarū, & lumborum. — 3. viij.

Seminis Erucæ. —————

Zingiberis.

Been albi.

Been rubri.

Linguae avis.

Seminis Nasturcij.      añ.      3. iij.

Cinnamoni.

Piperis longi.

Seminis Dauci.

Seminis Napi.

Seminis Asparagi. —————

Postremo adde

Pinearum mundatarum. — lib. j. β

Fisticorum mundatorum. — vnc. x.

Cerebrorum passerum. — vnc. ij.

Misce omnia, & aromatiza cum  
Moschi boni. ————— 3. j.

Circa modum conficiendi hanc  
confectionem hæc sunt observanda;

vt Mel cum succo cepæ, oleo butyro,  
& radicibus optime coquatur: nam

experti sumus, si parum coquatur, to-  
tam confectionem disgregari, ita, vt

oleum, & butyrum sursum tendat,  
cum contrariam habeant naturam

tum Melle, reliqua vero deorsum;  
quod vitium ne fiat, facile præcave-

bitur, si Mel cum reliquis perfecte  
coquatur, & antequam ab igne ex-

trahantur cerebella passerum, prius  
per setaceum equinū transmissa sunt

imponenda, vt aliquantulum coquan-  
tur. Aliter enim vitiant compositio-

nem ratione humiditatis excremen-  
titia, quam habent. Pinci, & Fistici

per setaceum equinum transmittan-  
tur. Pulveres ingredientis hanc cō-

positionem per subtilissimum cri-  
bum cribentur, & confectio hac ra-

tione parata aromatizetur cum Mos-  
cho, aqua rosacea dissoluto.

Controversum est in hac com-  
positione, quid sit illud primum me-

dicamentum vocatum Secacul, omis-  
sis tamen variis opinionibus, consen-

su doctissimorum virorum radices  
Eryngij sumimus. Et pro testicularis

vulpis, quandam cynosorchis specie

accipimus, radices, scilicet illas,  
quas Satyriones vocamus, & ex his  
nomen desumpsit confectio.

Sciendum est illud etiam, cur Me-

sues ad decoquendas radices Seca-

cul primam coctionem reiiciat, & se-

cundam accipiat, quod sane apertum

est omnibus. In prima enim coctio-

ne facultas, diuretica deperditur, &

in secunda flatuosam accipimus, quæ  
magis confectioni convenit. Sed ani-

madverte. Cicera alba esse accipien-

da; quia magis flatuosa sunt, quam

nigra, & rubra; hac enim magis diu-

retica; & id circo compositioni mi-

nus accommodata.

De Scincis est observandum, vt

marini Scinci accipiantur, hi, scilicet,

qui ex Venetia ad nos deferuntur,  
qui constant ex squamis argen-

teis, & reliquis notis, quæ ab omni-  
bus scribuntur, qui paucis ab hinc

annis ad nos convehuntur. Pharma-

copolæ enim, qui nos præferunt, in

usu habuerunt quosdam Scincos ni-

gricantes inefficacis facultatis; qui po-

tius Salamandriæ aquaticæ sunt, quæ

Scinci, & ideo in confectionibus mi-

nime immiscendi.

Cerebella avicularum accipien-

da sunt ex calidioribus, vt sunt pas-

sirei, vulgo dicti, pardals de teula-  
da, & à Beticis gorriones.

Multum celebrata est hæc con-  
fectio ad venerem excitandam; con-

stat enim ex flatulentis medicamen-

tis, quæ rictum, aut erectionem va-

lent efficere, tū etiam ex pinguibus,

quæ optima sunt ad semen generan-

dum. Præter id tamen optima est hæc

confectio heceticis nutriendis, demp-

tis medicamentis calidis. Revera ta-

men tantum extat usus huius confee-

tionis in venereo affectu, exhibitæ,

vt auctor inquit, sub quantitate vnc.

β. dum eunt dormitum cum vino al-

bo generoso quantitate quatuor vnc-

ciarum. Caveant tamen usum hu-

ius confectionis, hi qui facile

incidere possunt in

febrem.

(\*)

*Cicerū se-  
cunda de-  
coctio cur  
magis cō-  
moda, quā  
prima ad  
hanc con-  
fectionem*

*Scinci qua-  
les debent  
esse.*

*Cerebella  
ad hanc cō-  
fec. ex qui-  
bus passe-  
ribus acci-  
pienda.*

*Vsus Dia-  
satyrionis  
Mesue.*

*Modus cō-  
ficiendi.*

*Secacul  
suppletia.*



## CONFECTIO CY- phoides Andromachi.

**D**esumpta fideliter est hæc con-  
fectio ex Galeno octavo de  
compositione medicamento-  
rum secundum locos cap. 7. Eius des-  
criptio habet in hunc modum.

<i>Cyphoidis Andromachi</i>	<b>R.</b> Carnis vuz passæ. — 3. xxv.	
	Croci. ————— 3. j.	
	Calami aromatici. ————	añ. 3. ij. β.
	Bdellij. —————	
	Cassia. —————	3. β.
	Cinnamomi. —————	scr. ij. g. v.
	Spicæ nardi. —————	3. iij.
	Schœnanthi. —————	3. ij. β.
	Mirrha. —————	añ. 3. iij.
	Terebinthinæ. —————	
Aspalathi, & eius loco Lignialo- es. —————	3. ij.	
Mellis. —————	3. xvj.	
Vini. —————	q. f.	

*Modus cõ-  
ficiendi.*

Fiat confectio.

Ad hanc confectionem parandam  
ab errant Pharmacopolæ, qui existi-  
mant esse iniiciendas vnc. xvj. Mel-  
lis, nam, vt ipsi putant, non suffi-  
ciunt pro materia 3. xvj. Sed hi sane  
immemores sunt Carnem vuarum  
passarum, & terebinthinam simul cū  
Melle vices materiæ gerere; ac proin-  
de hi ineptissime, & inefficacem pa-  
rant hanc confectionem. Conficitur  
autem sic; Mel vino despumetur, &  
cum frigesieri inceperit, misceatur  
terebinthina, & spathula agitetur,  
vt optime permisceantur. Tunc Ca-  
ro vuz passæ per setaceum equinum  
transmissa: & reliqua omnia, in sub-  
tilissimum pulverem redacta, addan-  
tur; & in vase vitreo reponatur con-  
fectio.

Vtuntur Medici hac confectione  
in hydropo affectis, præsertim in  
Anasarca. Inscindit enim humorem  
pituitosum; roborat iecur; medetur  
intemperici frigida ipsius, tandem  
habet vehiculum ad iecur carnem,

*Vsus cõfe-  
ctionis Cy-  
phoides.*

scilicet vuz passæ. Aliquando autem  
exhibetur per se sola sub quantitate  
drachmarum trium ad 3. vj. aliquan-  
do vero permiscetur cum Electuario  
liquido aromatici rosati, præsertim  
in tympanite; quia adest copia fla-  
tuum discutendorum; & tunc quan-  
titas eius permixtæ augetur a 3. vj.  
vsque ad novem. Aliquando etiam  
his duobus, vel alteri tantum addi-  
tur succus ex radice Ireos extractus;  
vt in Ascitæ.

## DE CONFECTIO- ne de Baccis lauri.

**R**hasis lib. 9. ad Almanforem  
cap. de cholica adfert des-  
criptionem huius confec-  
tionis; ad quam parandam;

<b>R.</b> Foliorum Rutæ. —————	3. v.	} <i>Confectio de Baccis lauri Rha- sis.</i>
Ammeos. —————		
Cimini.		
Nigellæ.		
Ligustici.		
Origani		
Carui.		
Amygdalarum amararū. añ.	} 3. iij.	
Piperis nigri.		
Piperis longi.		
Menthastrum.		
Dauci.		
Acori.		
Baccarum lauri.		
Castorei. —————		
Sagapeni. —————	vnc. β.	
Opopanacis. —————	3. iij.	
Mellis despumati triplum ponderis omnium.		

Fiat confectio;

Ad hanc confectionem parandam  
minuit auctor quantitatem materiæ.  
Nam, vt dictum est, in omnibus con-  
fectionibus quadruplum Mellis acci-  
pimus, in hac vero triplum, vt effi-  
catior sit. In qua omnia medicamen-  
ta paulo crasius teri debent, & cum  
Melle, vino despumato, confici. Sed  
adverte, nimis ne indutetur confec-  
tio, paulo magis fluidam substantiam

*Modus pa-  
randi.*



tribuendam esse, quam reliquis, ob diminutionem Mellis.

*Ruta in  
cofectioni  
b<sup>o</sup> Sativa  
imponenda*

De Ruta illud est observandum, in hac confectione, & in alijs omnibus, quæ per os fumuntur, Sativam Rutam imponi securius: Securior enim est vsus illius: nam Sylvestris, vt auctor est Ætius, calida 4. ordine est; & vesicam vlcerat, quæ nec multum sicca, nec multum humida immiscenda est. Nam si multum sicca sit, est nimis calida, si multum humida, excrementitiam humiditatem habet. Quod superius in simplicibus à nobis observatum est iam ex sententia Galeni 4. de sanitate tuenda.

*Opopanax  
electio*

De Opopanace non est illud silentio prætermittendum, deceptos fuisse Pharmacopolas à mercatoribus, paucis ab hinc annis; cum per totam Hispaniam asportaverint quoddam gummi genus permixtum cum assætida, vendentes illud pro vero, & legitimo Opopanace. Eligatur itaq; Opopanax, in se habens proprium, & iucundum odorem, non extraneum acquisitum ex permixtione alterius gummi, & quod ad nos in granorum forma asportatur. Habeat etiam reliquas notas à Mesue ipso descriptas.

*Vsus cofectionis  
ex baccis lauri.*

Vtuntur Medici nostri hac confectione, ad choliam affectionem sub quantitate drachmarum duarum. Aliquando etiam in Enematibus sub maiori quantitate cum decocto Camomillæ Vrgelensis, Anethi, Fœniculi, & oleo Camomillæ, & Rutæ. Cuius vsum postulat cholicus dolor ex vitrea pituita excitatus.

## DE CONFECTIOE Anacardina.

**H**ÆC confectio traditur à Mesue in suo Antidotario, & hæc est descriptio, quæ sequitur;

*Confectio  
Anacardi  
na Mesue*

**R.** Piperis nigri. ————  
Piperis longi. ————  
Myrobalanorum chebulorum. ————

Myrobalanorum emblicorum. — añ. | 3.ij.  
Myrobalanorum belliricorum |  
Myrobalanorum Indorum. |  
Ium debeduster, idest, Castorci |

Costi. ————  
Anacardi. ————  
Sacchari optimi. — añ. | 3.vj.  
Burungi. ————  
Baccarum lauri. ————  
Cyperi. ———— | 3.iiij.  
Butyri vaccini. ———— 2 añ. Portiones  
Mellis. ———— } æquales.

Fiat confectio.

Ad hanc confectionem parandam postquam Mel despumatum fuerit, & refrigerari cœperit, imponitur butyrum, & cocleari permiscetur optime: deinde omnes pulveres subtilissime triti. Myrobalani enim in subtilissimum pulverem redacti in hac confectione exsiccant cerebrum; ventriculum corroborant; & nimium calorem Anacardorum obtundunt; quod minime præstant crassius triti.

*Modus conponendi.*

In hac confectione illud diligenter est observandum, decipi quotidie Pharmacopolas circa præparationem fructus Anacardi optimi præparati: eorum vero præparatio desumitur ex Arnaldo de Villanova primo libro breviarij cap. 28. de memorie defectu, & de iurantibus memoriam, cuius verba hæc sunt; Accipiantur Anacardi; optime terantur in mortario, & infundantur in Acetum Acerimum per septem dies; postea lento igne coquantur, ad consumptionem duarum partium Aceti; & fex illa, quæ in fundo vasis reperitur, sunt Anacardi præparati. Si vero Mel Anacardinum facere voluerit, pone cum ipsis Anacardis cum prædicto Aceto coctis, tantundem Mellis despumati, & bulliant ambo simul ad Mellis spissitudinem, & habebis Mel Anacardinum. Ex his verbis Arnaldi male intellectis, contingit apud quosdam Pharmacopolas citra rationem preparari Anacardos. Dum enim semel ponunt Anacardos contusos in Aceto, & ipsos decoquant, colant, &

*Anacardi  
qua ratio  
ne præparantur.*



exprimunt; sic accipiunt Anacardos præparatos, vt horum Pharmacopolarum duę sint opiniones. Alij namq; existimant, substantiam remanentem in panno vocari Anacardos præparatos, qui omnino decipiuntur. Omnis enim facultas Anacardorum per tam longam coctionem, præcedente infusione, fuit transmissa in Acetum, & præterea substantia, quæ remanet in panno, sunt cortices, & excrementa; optimum vero, quod reperitur in Anacardis est illa substantia resinosa, nigricans, Mellis crassitie constans. Alij vero existimant ex Aceto illo percolato parari cum Melle; Mel Anacardinum, & ex substantia illa crassiori, quæ simul in fundo vasis reperitur semel extracto Aceto parari confectionem Anacardinam, & hanc substantiam crassam vocant hi Anacardos præparatos. Non est adeo magnus error horum posteriorum, ac priorum, revera tamen decipiuntur. Nam Acetum simul debet absumi, & imbibi in substantia illa crassa, vt per societatem Aceti præcedente coctione corrigantur, & emendentur Anacardi à nimia caliditate, quæ in illis reperitur. Hinc Avicena Lacte acido præparabat Anacardos. Per coctionem vero partim calor inflamabilis evolat, & præterea permiscetur cum Aceto substantia illa resinosa, quæ optima est ad medicamenta paranda; & ex verbis ipsius Arnaldi facile potest colligi, qui sint Anacardi præparati. Dum enim post coctionem est colo transfusa substantia illa resinosa in Aceto diluta, possumus nos ignis calore, aut solis absumere Acetum. Quod si volueris Mel Anacardinum parare, addito Mel, & coquito ad spissitudinem.

*Burungi  
suppletia.*

Vox Burungi difficilima omnibus visa fuit. Iacobus Sylvius Melanthij semen vertit, alij Melissophylum addunt, alij aliter sentiunt: nos vero pro Burungi cubebas imponendas censemus ex communi Medicorum sententia.

*Vsus cõse  
ctio. Ana  
cardine.*

Vtuntur Medici hac confectione

ad memoriam recuperandam permixta cum conserva Melissæ, vel Sthœcadis, aliquando in affectibus cerebri frigidis, & præcipue dum lingua in paralisi est affecta, quo tempore inungunt linguam ad recuperandû sermonem. Sed sciendum est, non debere nos vti hac confectione, nisi tractatis iam sex mensibus post præparationem illius, vt possint refringi vires, & facultates acrium medicamentorum.

## DE CONFECTIONE Dia Curcumæ maiori.

EX Mesue sumitur descriptio huius confectionis hoc modo.

R̄. Croci. _____	} 3. iiij.	} <i>Dia Cur cumæ mag na Mesue.</i>
Alari. _____		
Seminis Petroselini. _____		
Dauci. _____		
Anisi. _____		
Seminis Apij. _____		

R̄habarbari. _____	} 3. vj.
Mei. _____	
Spicę Nardi. _____	

Costi. _____	} 3. ij.
Myrrhę. _____	
Cassia. _____	
Schœnanthi. _____	
Carpobalsami. _____	
Rubię tinctorum, _____	
Succi Absinthii. _____	
Succi Eupatorij. _____	
Balsami. _____	

Calami Aromatici. _____	} 3. j. ß.
Cinnamomi. _____	

Scordij. _____	} 3. ij. ß.
Scolopendrię, id est,	
Ceterach. _____	
Succi Liquiritię. _____	

Tragacanthi. _____	3. j.
Mellis. _____	q. s.
Fiat confectio.	

Om.



*Conficiendi ratio.* Omnia medicamenta simplicia in subtilissimum pulverem redacta, cum Melle, vino, despumato conficiuntur.

*Balsamū Indum eligendum.* In hac compositione ingreditur oleum Balsami, quod iniiciendum est indum, quale ex America insula defertur; non quod antiqui arte paratum, accipere solebant, quod nec Balsamum, nec vices Balsami obtinebat. Eligatur odoratissimum, coloris citrini, declinas ad rubedinem, densum. Nam quod liquidum afferatur, ex lignis post adustionem parant, quod minus efficax est, quam densum.

*Vfus Dia Curcumæ Mesue.* Utuntur Medici hac confectione in frigida iccoris intemperie, ventris, renum, & aliarum partium; movent enim urinam; lapides renum, & vesicę comminuit. Pręcipue tamen commendatur adhepatis obstructions; & hinc fit, ut ea passim utantur in quacunque hydropis specie, cum in omnibus frigida intemperie iccur afficiatur; pręcipue tamen in Ascite, & Anasarca. Optima denique est hæc confectia ad menses provocandos per se sola exhibita, aut permixta cum dia Lacca, vel cum variis trochiscis, de quibus inferius agemus.

- |                       |       |             |
|-----------------------|-------|-------------|
| Costi.                | _____ |             |
| Myrrhę.               | _____ |             |
| Croci.                | _____ |             |
| Cinnamomi.            | _____ |             |
| Bdellij.              | _____ |             |
| Seminis Apij.         | _____ |             |
| Anisi.                | _____ |             |
| Ameos.                | _____ |             |
| Sabinę.               | _____ | añ. 3.ij.ß. |
| Asari.                | _____ |             |
| Aristolochiæ.         | _____ |             |
| Gentianę.             | _____ |             |
| Hyslopi.              | _____ |             |
| Amygdalarum amararum. | _____ |             |
| Rubię.                | _____ |             |
| Seminis Feniculi.     | _____ |             |
| Succi Absinthii.      | _____ |             |
| Succi Eupatorij.      | _____ |             |
| Piperis nigri.        | _____ |             |
| Zingiberis.           | _____ | añ. 3.ij.   |
| Mellis.               | _____ | q. s.       |
| Fiat confectio.       |       |             |

Ad hanc confectionem parandam Myrrham, & Bdellium cum vino dissolvit Mesues, reliqua in pulverem redigit, & omnia cum Melle permiscet. Sed si Myrrham, & Bdellium cum aliis subtiliter teras, in nullum incidet errorem; cum nostra Myrrha, & Bdellium difficilime in humore aqueo liquescant.

*Componendi ratio.*

## DE CONFECTIOE Dia Lacca Magna.

**D**VÆ parantur cõfectiones dia Laccæ, quarum altera ex Mesue sumitur sub nomine dia Laccæ magnæ; altera vero dia Lacca Isac appellatur, cuius auctor est Isac lib. 5. Viatici cap. 6. de Antidotis hepaticis. Vtriusque descriptiones sunt, quæ secuntur; Magnæ vero talis est.

- Dia Lacca magna Mesue.*
- |                  |       |           |
|------------------|-------|-----------|
| ℞. Laccæ ablute. | _____ | añ. 3.ij. |
| ℞. Rhabarbari.   | _____ |           |
| Spicæ Nardi.     | _____ |           |
| Mastiches.       | _____ |           |
| Schœnanti.       | _____ |           |

## DE CONFECTIOE Dia Lacca Isac.

- Dia Lacca Isac.*
- |                       |       |              |
|-----------------------|-------|--------------|
| ℞. Laccæ præparate.   | _____ | 3.xv.        |
| ℞. Costi.             | _____ |              |
| Spicę nardi.          | _____ |              |
| Carpobalsami.         | _____ |              |
| Xilobalsami.          | _____ |              |
| Calsiæ.               | _____ |              |
| Asari.                | _____ |              |
| Cinnamomi.            | _____ | añ. 3.viiij. |
| Croci.                | _____ |              |
| Schœnanthi.           | _____ |              |
| Rhabarbari.           | _____ |              |
| Mastiches.            | _____ |              |
| Aristolochiæ rotundæ. | _____ |              |
| Aristolochiæ longæ.   | _____ |              |



Myrrha.	_____	
Gentiana.	_____	
Fœniculi.	_____	
Anisi.	_____	
Apij.	_____	
Polij.	_____	aña. 3. iij.
Caryophyllorū.	_____	
Cimini.	_____	
Eupatorii.	_____	
Abinthii.	_____	
NucisMoschatę	_____	
Cardamomi.	_____	
Mellis.	_____	q. f.

Fiat confectio.

*Ratio cõ  
ponendi.*

Postquã Mel despumatatum fuerit, reliqua omnia subtiliter trita cum ipso misceantur.

Duas alias descriptiones dia Lacca adfert idem Isaac, sub nomine dia Lacca Maioris, & Minoris, lib. 10. de Praxi; sed præsens est præstantissima & hæc est, quæ in hac nostra Civitate vulgo à Pharmacopolis paratur, & in usu habetur.

*Laccaqua  
ratione la  
vanda sit*

Hæ duę propositę descriptiones dia Lacca, & Lacca abluta, & præparata conficiuntur, quæ præparatio desumitur ex Serapione cap. de Lacca, quæ gummi Cancamum est Dioscoridis. Fit autem præparatio, sive ablutio de cocto Aristolochiæ, & Schœnanthi. Sed variant multi doctissimi viri circa modum administrandi lotionem. Nos vero, omisiss variis opinionibus, sequentes doctissimum Iacobum Sylvium in sua Pharmacopea, cap. de lotionem, hac ratione abluendam censemus. Accipe Laccam, & subtiliter eam tere, & cum decocto supradicto Aristolochiæ, & Schœnanthi adhuc calido lava, pistillo agitando, & residere permittes; postea iterum, atque iterum lava, donec aqua clara evadat, quod residet, cola, & exicca, & forma trochiscos. Ex hac ablutione, sive præparatione duo beneficia sequuntur, primum sordes, qualia sunt ligna, & alia inquinamenta, separantur; secundum acquiritur tenuitas Lacca ad deobstruendum; perditur enim per lo-

tionem pars tenuis ipsius, in qua posita est virtus purgatrix, & remanet virtus aperiens, adiuta decocto Aristolochiæ & Schœnanthi. Sed licet Serapio hanc adferat præparationem, nihil dixit de quantitate accipienda Aristolochiæ, & Schœnanthi, pro singulis libris gummi Lacca; nos vero cum Valerio Cordo existimamus accipiendas esse Schœnanthi, & Aristolochiæ aña. vnc. ij. quæ decoquantur in lib. iij. Aquæ ad consumptionem quartæ partis, & cum illis tribus lib. remanentibus decocti calidi, abluantur vnc. xvj. gummi Lacca.

Valent hæc duæ dia Lacca confectiones ad eisdem affectus, ad quos dia Curcuma; & ita crebro illis utitur Medici in supradictis affectibus permixtis cum ipsis dia Curcuma, & aliis: sed animarbertant Pharmacopolæ Medicos frequentius uti dia Lacca ex descriptione Isaac, quam dia Lacca Mesue: & ita in suis officinis, nisi duas dia Lacca confectiones confectas habuerint, parent, dia Lacca Isaac; cum hæc præstantior sit, & Medicus vsitator.

*Vsus Dia  
Lacca.*

DE CONFECTIOE  
Dianisi.

HÆC confectio à Mesue desumpta est, & habet hac ratione;

R̄.	Seminis Anisi.	_____	3. xx.
	Liquiritiæ.	_____	
	Masticis.	_____	añ. 3. viij.
	Seminis Carui.	_____	
	Fœniculi.	_____	
	Macis.	_____	aña. 3. v.
	Galangæ.	_____	
	Zingiberis.	_____	
	Cinnamomi.	_____	
	Heil, idest, Cardamomi.	_____	
	Caryophyllorum.	_____	
	Cubeborum.	_____	aña. 3. j. ß.
	Croci.	_____	
	Spicænardis.	_____	

*Dianisum  
Mesue*

Trium



Trium piperum.	
Calamiphæ.	
Pyrethri.	añ. 3. ij.
Cassia.	
Sacchari.	vnc. ij.
Mellis.	q. s.

Fiat confectio.

*Modus cõ  
ficiendi.*

Postquam Mel despumatum fuerit Saccharum aliquantulo vino dilutũ miscatur; deinde pulveres, non ita subtiliter triti, vt in alijs confectio- nibus; quia hæc valet ad flatu ventriculi discutiendos; & ita Medici ea vtuntur in frigida ventriculi intem- perie, præsertim cum affluxu humo- moris pituitosi; præterea prodest tuss à causa frigida excitata.

*Vsus Dia  
nyfi.*

## DE CONFECTIO NE Lithon tripon.

DESumitur confectio hæc ex Anti- dotario Nicolai Salernitani, & est talis;

*Confectio  
Lithõ tri  
pon Nicol*

<b>Rx.</b> Spicæ nardi.	
Zingiberis.	
Xilobalsami.	
Acori.	
Cinnamomi.	
Peucedani.	añ. 3. ij. ß.
Meu.	
Melano piperis, idest, pipe- ris nigri.	
Macro piperis, idest, longi.	
Leuco piperis, idest, albi.	
Saxifragiæ.	
Oprobalsami.	
Caryophyllorum.	
Costi.	
Raupontici.	
Liquiritiæ.	
Cyperi.	
Tragacanthi.	añ. 3. j. g. xv.
Seminis Alexandrini, seu hipposelini.	
Camædryos.	
Seminis apii.	
Seminis Asparagi.	
Seminis basiliconis.	
Seminis vrticæ.	
Seminis citri.	

Folij.	
Croci.	
Schœnanthi.	
Cassia lignæ.	
Bdellii.	
Mastiches.	
Millii solis.	
Petroselinii.	
Sileris.	añ. scrup. j. g. iiii.
Sinoni.	
Cardamomi.	
Seminis Anethi.	
Euphorbii.	
Lapidis Lyncis.	
Olei mardini.	
Olei Moschellini.	
Mellis.	q. s.

Fiat confectio.

Omnia medicamenta simplicia, ingredientia hanc compositionem, in subtilissimum pulverem sunt redi- genda, & cum Melle vino despuma- to permiscenda; deinde olea impo- nantur.

*Modus cõ  
ponendi.*

In hac confectioe pro Sinono accipimus Petroselinum Macedoni- cum.

Pro semine Sileris, semen Carvi adhibetur;

Pro semine Alexandrino, semen Pe- troselini est sumendum.

Vtuntur Medici hac confectioe in Renum, & Vesicæ obstruccioni- bus, ab humoribus crassis, viscidis, & lentis, hinc alijs per actis, vtuntur ea ad vrinam provocandam.

*Vsus cõfe  
ctiois Li  
thon tripon*

## DE CONFECTIO NE Philanthropos.

AB eodem Nicolao desumitur hu- ius compositionis descriptio, & sic habet;

<b>Rx.</b> Folij.	
Schœnanti.	
Cyperi.	
Asari.	
Euphorbij.	
Thymi.	añ. scrup. ij. ß.
Petroselini Macedonici.	
Anethi.	

*Confectio  
Philãthro  
pos Nicol.*

Mil-



Millii folis.	
Lapidis Lyncis.	
Cinnamomi.	
Calami aromatici.	
Polipodij.	
Phifalidos.	
Melano piperis.	
Seminis ligustici.	aña. scr. ij.
Seminis Petroselinij.	
Seminis Vrticæ.	
Seminis Citri.	
Lithospermatis.	
Seminis Bardanæ.	
Baccarum heredæ.	
Galangæ.	
Spicæ nardi.	
Zedoariæ.	
Betonicæ.	
Phu.	
Meu.	
Asparagi.	aña. 3. β.
Cardamomi.	
Seminis Apij.	
Fœniculi.	
Eruçæ.	
Sinapis.	
Orobi albi.	
Orobi rubri.	
Sileris.	
Caryophyllorum.	
Zingiberis.	
Cassie lignæ.	
Pyrethri.	
Costi.	
Spicæ celticæ.	aña. scr. j.
Myrobalanorum citrinorū.	
Olibani.	
Leuco piperis.	
Carpobalsami.	
Carui.	
Cumini.	
Baccarum lauri.	
Olei Nardini.	
Ylei Sambucini, & Pu- legij.	añ. scr. β.
Olei Moschellini.	
Mellis despumati.	q. f.
Fiat confectio.	

Modus cō-  
ficiendi.

Cum iam omnia subtiliter trita sunt, cum Melle, vino despumato conficimus, ultimo addendo olea.

Ingreditur hanc confectionem Li-

thospermon, quod idem est, ac Millium folis; & cum recipiat bis eandem rem, altera quantitas eius est auferenda.

Nomine Phifalidos idem intelligimus, ac semen AlKaKengi ab Arabibus dictum; est vero Dioscoridis Solani species vocata Alicabum.

Utuntur Medici hac confectione ad eisdem affectus, ad quos confectio Lithontripon valet, quod ex serie medicamentorum simplicium videre est, constat enim ex medicamentis calidis, & siccis; & fere omnibus tenuium partium, sunt, & etiam nō nulla amara simul, & acria, quæ valent crassos humores, toporum materiam, incidere, ac attenuare; & partes ab his excrementis tergere.

## DE CONFECTIOE Philonij maioris.

**L**icet Galenus Philonii compositionem adferat, nostræ tamen officinæ desumunt ex Nicolao descriptionem Philonii maioris, & est hæc.

Piperis albi.	
R. Seminisyoscyami.	añ. 3. v.
Opij.	3. ij. β.
Cassie lignæ.	3. j. β.
Seminis Apij.	3. j.
Seminis Petroselinij.	3.
Seminis fœniculi.	añ. 3. scr. ij. g. v.
Dauci cretici.	3.
Croci.	scr. β.
Nardi.	3.
Pyrethri.	añ. 3. g. xv.
Zedoariæ.	3.

Philonij  
matus Ni-  
colai.

Habet deinde; alii addunt; & ita fieri debet ex sententia Nicolai propositi.

Cinnamomi.	3. j. β.
Euphorbii.	3.
Costi.	aña. 3. j.
Mellis despumati.	q. f.
Fiat confectio.	

Om-



*Conficiendi ratio.* Omnia simplicia medicamenta subtiliter, quantum fieri potest, terantur & Melle permisceantur.

Licet in hac confectione habeat Nicolaus Salernitanus cassiam fistulam, ubi nos cassiam ligneam legimus, nihilominus nomine cassiæ fistulæ, debemus intelligere cassiam ligneam, idest, canellam. Hinc Nicolaus propositus in eadem descriptione cassiam ligneam recipit, & errorem animadvertit. Nam apud Latinos, & Arabes cassia fistula, medicamentum purgans est, ineptum ad hanc compositionem. Hæc eadem compositio est, quæ circumfertur sub nomine Philonij Romani, ut inventa à Philone Medico Romano.

*Philonum Romanum.*

*Vsus Philonij maioris.* Utuntur ea Medici in ventriculi inflammatione præsentente ingenti dolore; vires conflictante, dum præcesserint usus aliorum medicamentorum, quæ medentur prædicto dolori. Præterea ea utuntur in cholico dolore, dum reliqua non prosunt ad illud sedandum, & somnum conciliandum.

## DE CONFECTIOE Philonij Persici.

**H**anc confectionem adfert Mesues tractatu de ægritudinibus Pectoris, & Pulmonis cap. de fluxu sanguinis ab ore, & sic habet.

*R.* Papaveris. \_\_\_\_\_  
Seminis Hyoscyami. \_\_\_\_\_ | añ. 3. xx.

*Philonum Persicum Mesue.* Opii. \_\_\_\_\_  
Terra sigillata. \_\_\_\_\_ | añ. 3. x.

Sedenegi, idest, lapidis hæmatitis, loti, & præparati. \_\_\_\_\_  
Croci. \_\_\_\_\_ | 3añ. 3. v.

Castorij. \_\_\_\_\_  
Spicæ nardi. \_\_\_\_\_  
Euphorbij. \_\_\_\_\_

Pyrethri. \_\_\_\_\_  
Margaritarum præparatarum. \_\_\_\_\_ | añ. 3. j.  
Carabæ. \_\_\_\_\_  
Doronici. \_\_\_\_\_  
Zedoariæ. \_\_\_\_\_  
Trochiscorum Ramich. \_\_\_\_\_

Mellis rosati colati. \_\_\_\_\_ q. f.  
Fiat confectio.

Redigantur omnia in subtilissimum pulverem, & conficiantur Melle rosato colato: & utere post sex menses. *Ratio præparandi.*

Quamvis Nicolaus Præpositus in hac confectione, statim in principio descriptionis habeat. *z.* Piperis albi id, quod patet tanti viridicam, male intellexit, & omnes alii, qui id ipsum contendunt. Nam in codice Arabico CaixCaix legitur, idest, Papaver, ac ita Mundinus, & Christophorus de honestis, antiqui interpretes Ioannis Mesue, vertunt Papaver album. Sed Præpositum, & alios fefellerit descriptio superius exposita Philonij maioris, quæ primo loco recipit Leucopiper, idest, Piper album. Revera tamen confectio Philonij Persici multum narcotica est; immo tanquam omnium narcoticarum præstantissima commendatur cum felicissimo successu in hæmorrhogia sanguinis, ac proinde oportuit hanc confectionem recipere Papaver album, sine quo, licet, in aliis differat, non esset tamen magis narcotica, quam Philonij maioris confectio.

Utuntur medici hac confectione in sputo sanguinis: miris enim præstat affectus diluta cum aqua plantaginis; Narcotica enim somnum conciliant, terra sigillata, Margaritæ, carabæ, & Trochisci Ramich modo substantiæ valent partem dissolutam vni re; calida, quæ ingrediuntur, omnia corrigunt, & emendant vim narcoticorum; crocus vero, quia vaporosus ad supernas partes ducit vim narcoticorum. Utuntur etiam hac confectione in dysenterijs, & diarrhæis cõtumacibus, permixta cum Myrobalanis

*Vsus Philonij Persici.*



lanis, dum ipsi per se torrefacti non profunt.

**DE CONFECTIOE**  
*Requiei Magna.*

Desumitur descriptio huius confectionis ex Antidotario Nicolai quæ sic habet;

*Requies magna Nicolai.*

**Rx.** Rosarum. ————— | añ. 3. iij.  
Violarum. ————— |

Opij. ————— |  
Hyoscyami. ————— |  
Papaveris albi. ————— |  
Corticū radiceis mandragore. ————— |  
Scariolæ. ————— |  
Semini lactuæ. añ. 3. j. β. |  
Semini Portulacæ. ————— |  
Pillii. ————— |  
Nucis moschatae. ————— |  
Cinnamomi. ————— |  
Sacchari. ————— |

Santali albi. ————— |  
Santali rubri. ————— |  
Santali citrini. añ. scr. ij. g. v. |  
Spodii. ————— |  
Tragacanthi. ————— |

Mellis despumati. ————— q. s.  
Fiat confectio.

*Modus cōficiendi.*

Subtiliter cribetitur omnia medicamenta simplicia, & melle despumato conficiantur.

*Vsus Requiei magna.*

Vtuntur medici hac confectione in quacunq; febris specie ad somnum conciliandum.

**DE CONFECTIOE**  
*Micleta.*

Ab eodem Nicolao paratur hæc cōfectio, hoc modo.

*Micleta Nicolai.*

**Rx.** Myrobalanorum citrinorum. ————— |  
Myrobalanorum chebulorum. ————— | añ. 3. ij. β.

Myrobalanorum Indorum ————— |  
omnium assarorum. ————— |

Myrobalanorum belliricorum. ————— |  
Myrobalanorum Emblicorum assarorum. ————— | añ. 3. ij.

Nasturcij. ————— |  
Cymini. ————— |  
Anisi. ————— |  
Fœniculi. ————— | añ. 3. j. β.  
Ameos. ————— |  
Carui. ————— |

Infundantur hæc omnia in Acetū per diem, & noctem; deinde assentur & pulvericentur, quibus adde

Spodij. ————— |  
Balustiarum. ————— |  
Mastiches. ————— | añ. 3. j. g. xv.  
Corticis Semini Sumach. ————— |  
Gummi Arabici. ————— |

Fricentur omnia in pulverem redacta cum oleo Rosaceo, deinde adde Syrupi Myrtillorum. ————— q. s. *Modus cōficiendi.*  
Fiat Confectio.

Fricare dicta medicamenta, in pulverem redacta, cum oleo Rosaceo; nihil aliud est, quam miscere aliquot guttas olei rosarum, mox vero cochleari in vase terreo ducitur pulvis ut nimia siccitas horum medicamentorum, & caliditas, per assationem medicamentorum contracta, emendetur. Pulveres vero huius confectionis subtiles debent esse, & cum Syrupo Myrtillorum parato, ut superius tractatu de Syrupis proposuimus, conficiuntur.

Vtuntur Medici hac confectione in diarrhæis contumacibus. Prius tamen vtuntur aliis medicamentis: nam hæc sua nimia astrictione potest opilationes inducere. *Vsus Micleta.*

**DE CONFECTIOE**  
*trium Piperum simplicium Caleni.*

Con-



**C**onfectio hæc desumitur ex Galeno 4. de tuenda Valitudine, & sic paratur.

*Diatrion Pipericon Simplex Galeni.*  
**R.** Piperis albi. \_\_\_\_\_  
 Piperis nigri. \_\_\_\_\_ añ. 3. l.  
 Piperis longi. \_\_\_\_\_  
 Thymi. \_\_\_\_\_  
 Anisi. \_\_\_\_\_ añ. 3. viij.  
 Zingiberis. \_\_\_\_\_

Mellis despumati. \_\_\_\_\_ q. s.  
 Fiat confectio.

*Modus cõficiendi.*  
 Tritis omnibus, & crassiuscule cribatis cum Melle vino despumato, fiat confectio.

*Vsus Diatrion Pipericon.*  
 Utuntur Medici hac confectione ad flatu ventriculi discutiendos, quãdo multa copia pituitæ ventriculus est refertus: aliquando per mixta cû Eleuuario liquido Aromatici rosati, ex qua mixtione multo gratior redditur hæc confectio.

**DE CONFECTIOE Theriacæ Magnæ.**

**D**esumpta est huius confectionis descriptio ex primo libro de Antidotis Galeni sub nomine Andromachi Senioris, & sic habet.

*Theriacæ Magnæ Andromachi.*  
**R.** Trochiscorum Scilliticorum. \_\_\_\_\_ 3. xl. v. iij.  
 Trochiscorum de Biperis. \_\_\_\_\_  
 Piperis longi. \_\_\_\_\_ añ. 3. xx. iij.  
 Succu Papaveris, idest, Opii. \_\_\_\_\_  
 Hedycroi Magmaticis. \_\_\_\_\_

Rosarum siccarum. \_\_\_\_\_  
 Iridis Illiticæ. \_\_\_\_\_  
 Succu liquiritiæ. \_\_\_\_\_  
 Seminis Buniadis dulcis. \_\_\_\_\_  
 Scordii cretici. \_\_\_\_\_ añ. 3. xij.  
 Opobalsami Assyrii. \_\_\_\_\_  
 Cinnamomi. \_\_\_\_\_  
 Agarici. \_\_\_\_\_

Myrrhæ. \_\_\_\_\_  
 Costi. \_\_\_\_\_  
 Croci. \_\_\_\_\_  
 Calsiæ. \_\_\_\_\_  
 Nardi indicæ. \_\_\_\_\_  
 Schœnanthi. \_\_\_\_\_  
 Thuris electi. \_\_\_\_\_  
 Piperis nigri. \_\_\_\_\_  
 Distamni cretici. \_\_\_\_\_  
 Prassii. \_\_\_\_\_ añ. 3. v. j.  
 Rheupontici. \_\_\_\_\_  
 Stœchadis. \_\_\_\_\_  
 Petroselini. \_\_\_\_\_  
 Calaminthæ. \_\_\_\_\_  
 Terebinthinæ. \_\_\_\_\_  
 Zingiberis. \_\_\_\_\_  
 Radicis Pentaphilii. \_\_\_\_\_  
 Polli. \_\_\_\_\_  
 Iuæ Arteticæ. \_\_\_\_\_  
 Styracis. \_\_\_\_\_  
 Meu. \_\_\_\_\_  
 Amomi. \_\_\_\_\_  
 Nardi Gallicæ. \_\_\_\_\_  
 Rubricæ lemniz. \_\_\_\_\_  
 Phu pontici. \_\_\_\_\_  
 Seminis Chamedryos cretensis. \_\_\_\_\_  
 Folii Malabathri. \_\_\_\_\_  
 Chalcitidis tostæ. \_\_\_\_\_  
 Radicis gentianæ. \_\_\_\_\_ añ. 3. iij.  
 Anisi. \_\_\_\_\_  
 Succu hypocistidis. \_\_\_\_\_  
 Carpobalsami. \_\_\_\_\_  
 Gummi. \_\_\_\_\_  
 Seminis Fœniculi. \_\_\_\_\_  
 Cardamomi. \_\_\_\_\_  
 Seselei. \_\_\_\_\_  
 Acastiæ. \_\_\_\_\_  
 Thlapfi. \_\_\_\_\_  
 Hyperici. \_\_\_\_\_  
 Ammi. \_\_\_\_\_  
 Sagapeni. \_\_\_\_\_  
 Castorei. \_\_\_\_\_  
 Aristolochiæ reuuis. \_\_\_\_\_  
 Seminis Dauci. \_\_\_\_\_  
 Asphalti. \_\_\_\_\_ añ. 3. iij.  
 Opopanacis. \_\_\_\_\_  
 Centauri minoris. \_\_\_\_\_  
 Galbani. \_\_\_\_\_  
 Vini Falerni. \_\_\_\_\_ q. s.

M

Mellis



Mellis attici. ————— q. s.

Fiat confectio.

Conficien  
di ratio.

Ad hanc confectionem parandam est observandum, liquores ingredienti hanc compositionem, ut sunt Opium, Galbanum, Opopanax, & reliqui succi eiusdem naturæ, duobus modis posse permisceri, vel dilutos cum aliqua substantia humida, ut cum vino ingredienti hanc compositionem, vel in pulverem redactos, cum sint concreti, tum etiam permixti tot radicibus, tot seminibus, & reliquis medicamentis siccis. Revera tamen primus modus est amplectendus, ut optimus, & Galeno consonus; Secundus vero maxime damnandus. Ratio est, quoniam hi liquores concreti, semel in pulverem redacti, dum permiscetur cum Syrupis paratis ex Melle, & Vino, semper permanent fore, ut permiscuntur, id est, non ulterius comminuntur: ac proinde non potest fieri perfecta fermentatio, ut dicunt, & permixtio. Quod si dissolvantur vino, ut dictum est; constant enim aquea substantia, per totam mole, et substantiam reliquorum medicamentorum poterunt permeare, quod dignissimum observatione est præcipue in Opio, ut valeat deinceps confectio existere optime fermentata, ac omnium medicamentorum alexipharmacorum, & vis venenata corrigi, & emendari possit. Reliqua vero medicamenta in pulverem redigantur, & per spissum maxime cribum transmittantur, & Melle vino despumato permisceantur, addendo ultimo liquores dilutos, ut dictum est.

Quod deinde observandum est in hac confectione versatur circa collectionem viperarum, & earundem carnis præparationem. Maxima enim diligentia sunt trochisci ex viperis feminis parandi tempore statuto à Galeno loco citato. Fæminæ autem distinguuntur à maribus: nam fæminæ quatuor caninos dentes habent, mares autem duos, reicere autem oportet prægnantes, & caput, & caudam abscindere, quæ partes venena-

tæ etiam plus esse videntur, & multo dariores. Sufficiet enim ex ijs partibus quatuor digitorum quantitatem amputare, si magnæ sint vipere. Reliquum corpus internis exemptis, & pelle separata, aqua abluuntur; tunc in olla supra prunas ad coquendum imponimus cum aqua pura, & Anetho viridi, & tantillo salis: cum coctæ fuerint carnem ab spinis accurate separare oportet, ita, ut nullum vestigium spinarum appareat. Tunc exprimimus, ut fere non remaneat humiditas, & in mortario conterimus, cum quarta parte panis biscocci, & in pulverem redactum imponimus cum carne, tunc trochiscos conficimus, & oleo Balsami inungimus. Circa hanc præparationem trochiscorum non immoventur Pharmacopolæ, dum semel fuerit abscisum caput à viperis, aliter longe alienam contrahunt facultatem huiusmodi trochisci, ac proinde oportet, ut ipsi Pharmacopolæ accedant ad loca in quibus viperarum copia invenitur, & ibi singulis momentis parent trochiscos simul, ac captæ fuerint vipera. Si enim per aliquot spatium detineantur, etiam si vivant, multum venenatæ redduntur, & ut mortuæ fuerint, vel levi occasione illarum caro ab ambiente alteratur, ac proinde pessimus, & detestandus est usus eorum, qui ad parandos trochiscos deferunt ex vna in aliam regionem viperas viventes, & transactis aliquot diebus ab illarum collectione, parant trochiscos. Non contigit sic Pharmacopolis Valentinis; quia magna cura, & solitudine, quo tempore conficiunt theriacam magnam, solent enim sæpe conficere, mittit Collegium Examinatores huius artis, regia auctoritate creatos, Villafrancam Morellæ, vbi magna copia huiusmodi viperarum suppetit, & ibi iidem Examinatores accurate, & diligenter eas interficiunt, fæminas scilicet, & quæ prægnantes non sint. Solent autem, quod mirum videri debet, mulieres incolæ Villafrancæ

Trochisci  
de Viperis  
qua ratio  
ne paratur

Pharmaco-  
polarum  
Valentino  
rum lau-  
dada consue-  
tudo in  
trochiscis  
de Viperis  
construen-  
dis.



capere Viperas tanta diligentia, vt spatium duorum, aut trium dierum Viperæ captæ excedant numerum mille Viperarum, si opus fuerit, & hoc modo facillimum est Collegio trochiscos hos conficere, quos instrumento publico notarii, Examinatores asportant ad Collegium vinctos illo oleo supradicto, & capsula sigillata signo Collegii.

Ordo præstantissimus Collegii Valentini, in descriptione Theriacæ Magnæ.

Hanc rem, miram illam quidem, sequitur maxime laudabilis vsus Collegii Valentini. Nam eadem cura, & diligentia publico spectaculo parant omnia simplicia, quæ ingrediuntur hanc confectionem, ita, vt omnes cives, & multi advenæ eo concurrant, vt videant varietatem vasorum, tum auri, tum argenti, quibus tanta confectio non humanis manibus parata, sed è cælo pœne delapsa videatur. Quid quod accedunt homines docti omnium facultatum, præsertim doctores medici, quorum est hæc arcana naturæ cognoscere, vt videant, quanta diligentia pharmacopola, tantæ rei studeant, & quod maius est, sunt trutinæ, vt liceat unicuique iuxta pondus, & mensuram simplicium eadem conquassare, & permiscere ad tantæ rei confectionem.

Illud vltimum, quod observandum est, versatur circa delectum medicamentorum simplicium geminorum, ac propriorum; defunt enim nostra tempestate multa simplicia medicamenta, quæ vel non inveniuntur, vel vera, & vt decet, ad nos non conuehantur; ac proinde præstantius multo est eorum defectu, iis vti, quorum sunt eadem facultates, quam falsa, vitiosa, & damnanda iniicere in compositionem. Sed res hæc tanta non potest cuius committi, sed viris gravissimis; ac proinde quæ quibus natura, vsuque respondeant, in medium proponemus, collecta partim à Collegio, partim etiam exhibitæ, eiusdem Collegii petitione, à doctissimo Iohanne Plaça. Eorum vero series est, vt sequitur: Pro Aspalato, quod ingreditur Hedy-

chroi trochiscos, est accipiendum lignum aloes Indicum.

Pro Maro ad eosdem trochiscos accipe Pulegium montanum in canum augusti folii, quam plantam vocamus, Poliol blanc.

Pro Cinnamomo Cassiam, quam nos Canellam vocamus;

Pro Balsamo fume Balsamum ex America asportatum;

Pro Costo, radicem Enulæ campanæ;

Pro Calamo aromatico substitute radicem servatam in officinis nomine Calami aromatici;

Pro Semine buniadis dulcis, Semen Napi Sativi accipies;

Pro folio Nardum gaugeticam recipe;

Pro Acacia, rhu colinarium, vel cotiarium iniicies;

Pro Dictamno folia tomentosa Dictamni cretensis;

Pro Amaraco Maioranam augusti folii;

Pro Terebinthina Mastichem chiam;

Pro Scordio, Scordium montanum folia trifaginis habens, vel quod in præhumidis locis nascitur foliis menthastri;

Pro Amomo galangam maiorem recentem.

Pro Cardamomo minus officinarum;

Pro Xilobalsamo lignum Iuniperi;

in hac confectione;

Pro Carpobalsamo, cubebas officinarum;

Pro Phu, Phu magnum herbariorum. Quæ planta in montibus Perincis invenitur;

Pro Petroselino, semen Apii montani, vel hortensis;

Pro Chalcite vsta, Calcantum optime vstum;

Pro Rhapontico, nostrum Rhabarbarum ex Sina Provincia asportatum.

Pro Rubrica Lemnia substitues baccas Iuniperi permixtas, cum pastillis ex terra lemnia caracteribus turcicis delineatis, exemplo Galeni.

Hæc sunt substituta Theriacæ Magnæ.







Opii.			
Cardamomi.	aña.	3. v.	
Seminis fœniculi.		ponderis	
Gentianæ.		boni.	
Rosarum.			
Dicamni cretici.			

Anisi.			
Alari.			
Succi Liquiritiæ.	aña.	3. iij.	
Acori.			
Phu.			
Sagapeni.			

Mei atamantici.			
Acaciæ.			
Ventris Scinci.	aña.	3. iij. ß.	
Seminis Hyperici.			
Vini.		q. f.	
Mellis.		q. f.	

*Ratio con-  
ficiendi.*

Fiat confectio, quæ eadem ratione est paranda, qua Theriaca Magna. Terebinthina vero per se debet teri post vstionem illius; vritur vero hac ratione; ponitur in vase tarreo, & tâdiu coquitur, vsque dum in pulverem reduci possit.

## DE CYPHI COMPOSITIONE.

**C**VM hæc compositio ingrediat-  
tur compositionem Mithri-  
datis, visum nobis est eius  
descriptionem proponere,  
quam ex Rufo retulit Democrates  
ex lib. secundo de Antidotis Galeui  
transcripta, & sic habet;

<b>R.</b> Pulpæ Passula-			
rum.	añ.	3. xxiiij.	
Terebintinæ vstæ.			

*Trochisci  
Cypri.*

Myrrhæ.			
Iunci odorati.	añ.	3. xij.	
Calami aromatici.		3. viiij.	
Cinnamomi.		3. iij.	

Bdelli.			
Spicæ nardi.			
Cassæ.	añ.	3. iij.	

Cyper.			
Baccarum Iuniperi magna-			
rum.			

Aspalathi, & eius loco ligni Alo-			
es.		3. ii. ß.	
Croci.		3. j.	
Mellis despumati cum vino.		q. f.	
Formentur trochisci.			

Vtuntur Medici confectione Mi-  
tridatis in eisdē affectibus, ad quos  
valet Theriaca magna: verum mul-  
tum prodest ad menses purgandos,  
dum reliqua levia medicamenta non  
profunt, exhibita cum aqua Arthe-  
misiæ, aut Ocimi.

*Vfus cōfe-  
ctionis Mi-  
thridatis*

## DE CONFECTIOE

### *Tryphera Magna.*

**H**Vius medicamenti descrip-  
tionem desumimus ex Ni-  
colao Salernitano, quæ sic  
habet.

<b>R.</b> Opij.			
Cinnamomi.		3. iij.	
Caryophyllorum.			

*Tryphera  
magna N  
colai.*

Galangæ.			
Spicæ.			
Zedoariæ.			
Zingiberis.			
Costi.			
Styracis calamitæ.			
Calami aromatici.			
Cyper.			
Iridis.			
Peucedani.			
Acori.			
Corticis radicis Mâ dragonæ.			
Spicæ celticæ.			
Rosarum.			
Piperis.			
Anisi.			
Apij.			
Petroselini Macedo nici.			
Fœniculi.			
Dauci.			

añ. 3. j.

Hyof.



Hyoscyami.  
Cimini.  
Seminis Ocimi. —————  
Mellis despumati. ————— q. l.  
Fiat confectio.

Ratio cõ-  
ponendi.

Vsus Try-  
phera ma-  
gnæ.

Omnia simplicia medicamenta optime trita, in subtilissimum pulverem redacta cum Syrupo ex Melle facto veniunt in confectionem.

Hæc cõfectio duobus modis describitur in Schedulis. Nam habent Medici. ꝑ. Tryphera magnæ sine Opio, vel Tryphera magnæ cū Opio, sed rarissimus est vsus apud Medicos; frequentissimus tamē apud obstetrices, quæ ad menstrua purganda exhibent prædictæ confectionis drachmam vnā ad duas, dilutæ cum Aqua ocimi, vel Arthemisiæ; ad quos vsus frequentissime parant nostræ Officinæ hanc confectionem sine Opio: sed præter id, prodest ad flatum, in longinquis partibus existentes, discutiendo, & præterea aduersus intemperiem frigidam sub prædicta quantitate, cum liquore idoneo pro partis natura, & distantia.

DE CONFECTIOE  
Antidoti Hæmagogi.

**S**ignificat hæc vox Hæmagogon, ducens sanguinem; & paratur hæc confectio ab eodem Nicolao in hunc modum:

Antidoti  
Hæmagogi  
gen.

℞. Afari. —————  
Acori. —————  
Amomi. ————— añā. 3.j.g.vj.  
Seminis Atriplicis. —————  
Fœniculi. —————  
Aristolochiæ longæ. —————  
Arthemisiæ. —————  
Casiæ lignæ. —————  
Myrrhæ. —————  
Pyrethri. ————— añā. scrũ.ij.g.xiiij.  
Pulegij. —————  
Petroselinij Macedo-  
nici. —————  
Seminis Rutæ. —————  
Spicæ Nardi. —————

Centaurii maioris. —————  
Danci cretici. —————  
Anisi. ————— añā. scrũ.ij.  
Nigellæ. —————  
Stypteriæ, idest, Aluminis. —————  
Cariophyllorum. —————  
Ellebori nigri. —————  
Orobi. ————— añā. scrũ.j.  
Cyperij. —————  
Foliorum lauri. ————— scrũ.j.g.xiiij.  
Liquiritiæ. ————— 3.j.scrũ.j.  
Lupinorum. ————— 3.ij.  
Piperis nigri. ————— 3.j.scrũ.ij.g.7.  
Pæoniæ. ————— scrũ.j.g.vij.  
Floris iunci odorati. ————— scrũ.j.g.xiiij.  
Sabinæ. ————— 3añ.scrũ.ij.g.13.  
Seminis Apij. —————  
Centaurii minoris. ————— scrũ.j.g.vj.  
Radici Capparis. ————— 3añ.3.j.  
Cimini. —————  
Xilobalsami. ————— scrũ.j.g.xiiij.  
Mellis. ————— q. l.  
Fiat confectio.

Subtiliter tritis omnibus medicamentis simplicibus cum Syrupo ex Melle facto fiat confectio. *Modus cõ-  
ponendi.*

Vtuntur Medici hac confectione ad menses purgandos, sed multiplex est modus describendæ huius confectionis: nam aliquando per se sola exhibetur sub quãtitate drachmæ vna ad duas diluta cum aqua Sabinæ, vel Arthemisiæ, & simili, aliquando vero ex limatura chalybis, sabina, coniza, & similibus medicamentis, parantur pilulæ ad piperis magnitudinem: & denique aliquando cum aliis confectionibus hisdem pollentibus paratur confectio, vt cum dia Curcuma, dia Lacca, Tryphera magna, & cum aliis. *Vsus An-  
tidoti Hæ-  
magogi.*

DE CONFECTIOE  
Scordii.

**G**alenus lib. 2. de Antidotis adfert quandam confectionem sub nomine Antidoti de sanguinibus: & Phracastoreus aliam descripsit eiusdem nominis confectionem. Sed noster doctissimus Ludov-



Ludovicus Collado medicus Valentinus quandam paravit compositionem sub nomine confectionis Scordii, quæ etiam de sanguinibus potest inscribi, & fuit ab ipso parata tempore pestis, quæ talis est;

Smaragdorū præparatarum. |  
Margaritarum præparatarum. | añ. 3. iij.  
Corallii rubri præparati. |

*Confectio Scordij Ludovici Collado.* R. Scordii veri, ————— lib. j.  
Sanguinis hirc, —————  
Sanguinis anatis

vtriusque sexus,  
Sanguinis hædi,  
Seminis rutæ sylvestris, añ. 3. v.  
idest, harmel,  
Seminis fœniculi,  
Cimini,  
Anethi,  
Buniadis, idest, seminis napi sylvestris, —————

Radici gentianæ. —————  
Zedoariæ,  
Calami aromatici,  
Dictamni cretici,  
Trifolii odorati, añ. 3. viij.  
Schœnanthi,  
Thuris,  
Rosarum,  
Tormentillæ, —————

Piperis albi, —————  
Piperis longi,  
Costi.  
Phu, añ. 3. vj.  
Cinnamomi,  
Spicæ nardi,  
Styracis calamitæ, —————

Carpobalsami. ————— añ. g. xlv.  
Semini citrimundi, —————  
Ireos, ————— añ. 3. ij.  
Rhabarbari,  
Crocii,  
Zingiberis, —————  
Maltiches, ————— 3. iij.  
Sthœcadis, —————  
Semini Juniperi,  
Carlinæ. añ. 3. liij.  
Verbenæ. —————

Hyacinthorum præparatarum. —————

Theriacæ magnæ. ————— añ. vnc. ij.  
Mithridati. —————  
Syrupi de succo acetositis citri. ————— q. s.  
Fiat confectio.

Præparati omnes Lapides, & reliqua simplicia in subtilissimum pulverem redacta, cum Syrupo conficimus; sed Syrupus non sit nimis coctus, cum omnia simplicia sint multum sicca. *Modus conficiendi.*

Utuntur Medici hac confectione in constitutione pestilenti cum decocto, vel aqua distillatitia Scordii, vel alterius ad eundem affectum. *Vsus confectionis Scordij.*

## DE CONFECTIOE Diaspolitici.

**H**ÆC confectio adfertur à Galeno lib. 4. de Sanitate tuenda, cuius descriptio talis est

R. Cymini in Aceto præparati. |  
Piperis nigri. añ. | vnc. j. leni. *Diaspolicum Galeni.*  
Rutæ. —————  
Nitri. ————— vnc. β.  
Mellis. ————— q. s.  
Fiat confectio.

Quia simplicia medicamenta, ingredientia hanc confectionem, valent ad status ventriculi discutendos, & ad purgandum ipsum ratione nitri, crassa triturentur, & Melle despumato conficiantur. Aliquando in pulverem utuntur Medici hac confectione. *Diaspolicum conficiendi ratio.*

## DE CONFECTIOE Triphera Sarracenicæ.

Sunt



**S**VNT qui Trypheræ Sarraceni-  
cæ compositionem traditam à  
Nicolao parant: sed hi omnino  
errant; cum paranda sit, quæ à  
Mesue in suo Antidotario traditur,  
cuius descriptio est, quæ sequitur.

Tryphera  
Sarraceni-  
ca Mesue.

**Rx.** Myrobalanorum chebu-  
lorum. —————  
Myrobalanorum indorū.  
Myrobalanorum bellirico-  
rum. ————— añ. 3.v.  
Myrobalanorum emblicorum.  
Myrobalanorum citrino-  
rum. —————

Cinnamomi. —————  
Trium Piperum.  
Eringii.  
Folii.  
Spicæ.  
Cardamomi maioris.  
Cardamomi minoris.  
Cassia. ————— añ. 3.ij.  
Lepidii.  
Cyperi.  
Apii.  
Lingue avis.  
Cariophyllorum.  
Been albi.  
Been rubri.  
Zingiberis. —————

Nucis moschata. —————  
Spicæ celticæ. ————— añ. 3.ijj.  
Macis. —————  
Sesami excorticati. —————  
Amygdalarum dulcium. —————  
Amygdalarum amararū. ————— añ. 3.v.  
Ligni aloes. —————  
Rhabarbari. ————— añ. 3.ijj.  
Seminis Fœniculi. —————  
Ocimi. —————  
Menthæ siccæ. ————— añ. 3.j.ß.  
Origani persici. —————

Mirobalani fricentur cum butyro  
vaccino recenti, cæteræ species oleo  
amygdalino, & Melle excipiantur  
omnes; & fiat confectio.

Modus cõ  
ficiendi, &  
usus.

Cum utantur Medici hac confectio-  
ne ad ventositatem stomachi dissipã-

dam, & ad dolorem in ipso conten-  
tum se dandum, aliquantulum cras-  
sa debent tritulari medicamenta sim-  
plicia, & Melle vino despumato cõ-  
fici.

De Lipidio non possumus tot, &  
tam varias opiniones describere, idẽ  
autem sonat cum Setaragi, vt ex Ara-  
bica lectione colligere potuimus. Vtẽ  
dum est pro Lipidio Nasfurfio ex  
Galenii sententia, lib. 7. simplicium  
sic scribens: Lipidium simile est Na-  
sturtio tum sapore, tum odore, &  
viribus.

## DE CONFECTIO NE dia Tesseron.

**E**X Mesue Antidotario desumitur  
confectio hæc.

**Rx.** Gentianæ. —————  
Baccarum lauri. —————  
Myrrhæ. ————— añ. vnc.j.  
Aristolochiæ rotundæ. —————  
Mellis. ————— q.f.  
Fiat Confectio.

Theriaca  
dia Tesse-  
ron Mesue

Tritis simplicibus omnibus, & Parãdira  
in subtilissimum pulverem redactis  
cum Melle despumato; patetur con-  
fectio.

Utuntur Medici hac confectio ne  
ad affectus frigidos tum cerebri; vt  
epilepsiam, paralytim; & alios tum  
ventriculi, vt inflammationem, &  
tardam cõtionem, tum denique he-  
patis, vt hydropem cachexiam obs-  
tructionem; aliquando etiã ad mor-  
sum scorpionum.

Vsus dia  
Tesseron.

## DE CONFECTIO NIBVS purgantibus.

## DE CONFECTIO NE Hamech.

**L**icet varia sint descriptiones hu-  
ius medicamenti compositi pur-  
gan-



gantis sub nomine hamech, illa tamen est in usu tanquam præstantior, quæ sic habet.

Confectio  
Medica -  
minis hæ-  
mech Me-  
suc.

℞. Myrobalanorum citrino-  
rum. \_\_\_\_\_ vnc. iij.  
Myrobalanorum che-  
bulorum. \_\_\_\_\_  
Myrobalanorum Indo-  
rum. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. ij.  
Rhabarbari. \_\_\_\_\_

Agarici. \_\_\_\_\_  
Colocynthidis. \_\_\_\_\_ añ. | 3. xvj.  
Polipodii. \_\_\_\_\_

Abfinthii. \_\_\_\_\_  
Thymi. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. j.  
Seneg. \_\_\_\_\_

Violarum. \_\_\_\_\_ 3. xv.  
Epithymi. \_\_\_\_\_ vnc. ij  
Seminis Anisi. \_\_\_\_\_  
Seminis Fœniculi. \_\_\_\_\_ añ. | 3. vj.  
Rosarum. \_\_\_\_\_

Succi fumarie. \_\_\_\_\_ lib. j.  
Prunorum. \_\_\_\_\_ n. lx.  
Passularum enucleatarū. \_\_\_\_\_ vnc. vj.

Infundantur per dies quinque in  
sufficenti quantitate feri Lactis in  
vas vitreum angusti orificii obrura-  
tis; deinde bulliant vnica ebullitio-  
ne; exprimantur, & colentur; cui  
adde

Casæ fistulæ mundæ. \_\_\_\_\_ vnc. iij.  
Tamarindorū. \_\_\_\_\_ vnc. vj.  
Mannæ. \_\_\_\_\_ vnc. ij

Fricentur manibus, & colentur, &  
proficiatur super illud.

Sacchari. \_\_\_\_\_ lib. j. β.  
Scamoni. \_\_\_\_\_ vnc. j. β.

Coquantur ad Mellis spissitudinē.  
Postremo adde in pulverem redacta,  
quæ sequuntur;

Myrobalanorum citrino-  
rum. \_\_\_\_\_  
Myrobalanorum chebulolo-  
rum. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. β.  
Myrobalanorum Indo-  
rum. \_\_\_\_\_

Myrobalanorum emblico-  
rum. \_\_\_\_\_  
Myrobalanorum bellirico-  
rum. \_\_\_\_\_  
Rhabarbari. \_\_\_\_\_ añ. | 3. iij.  
Seminis fumarie. \_\_\_\_\_

Seminis Anisi. \_\_\_\_\_ | añ. 3. ij.  
Spicæ. \_\_\_\_\_

Misceantur omnia, & fiat confectio

Ad hanc confectionem parandam *Lac ex ca-  
capris ni-  
gris præ-  
stantius.*  
multa sunt observanda: Primum re-  
cipiendum esse Lac ad serum Lactis  
extrahendum ex Capris nigris: liqui-  
dem ex his magis est accommoda-  
tum ad effectus huius confectionis.  
Animalia enim albicantia magis hu-  
mida sunt; & ex consequenti magis  
excrementitia.

Secundum observandum est, per  
duplicem coctionem esse separandam  
triplicem substantiam Lactis; est enim  
in eo substantia butyrofa, caseola, &  
serosa; & hæc vltima ingreditur hæc  
confectionem. *Lac tripli-  
ci constat  
substantia*

Modus extrahendi talis est; ad quã  
tatem duodecim librarum Lactis *Serum la-  
ctis extra-  
hedi ratio*  
Sumimus 3. ij. floribus Cardui, quem  
florem contussum infundimus in a-  
quam fontanam per duas horas; de-  
inde igni exponimus Lac, & dum  
teporem accipit, iniicimus expressio-  
nem ex illo flore extractam; agitatur  
statim Lac paulisper in ipso vase; de-  
inde quiescunt ad refrigerationem;  
& ita aparet Lac optime coagulatus;  
tunc panno transfunditur, & substan-  
tia butyrofa manet in panno; caseo-  
fa vero, & serosa recipitur in vas su-  
biectum. Hic liquor compositus ex  
duplici substantia serosa, & caseosa  
igni exponitur ad duos, vel tres fer-  
vores; deinde percolatur, & manet in  
panno caseosa substantia, in vase ve-  
ro subiecto serosa, in quam infundi-  
mus medicamenta superius proposi-  
ta; & licet possit Lac coagulari, vel  
aceto, vel aliis, nihilominus ace-  
tum tribuit ipsi lacti eius qualitatē,  
quia activius est medicamentum flo-  
re proposito; flore vero prædicto nul-  
la accidit noxa, nec nova qualitas



ipſi laſti tum ratione qualitatis, tum quantitatis. Nam minor illius quantitas accipitur ad magnam Lactis copiam, & ſic præſtantiffima eſt coagulatio Lactis cum flore. Deſumpta fuit hæc coagulatio ex antiquiſſimo Varone, agente de re ruſtica, & de modo formandi caſeum. Sed diligenter eſt abſermandum, vt Lac tantum qui dem tepeat: Nam ſi plus in caluerit, non coagulabitur.

*Serilactis  
ſufficiens  
quantitas  
ad infun-  
denda ſim-  
plicia me-  
dicamēta*

De quantitate ſeri lactis illud eſt obſervandum, tantam eſſe iniiciendam, vt omnia medicamenta ſimplicia optime ſumergantur in ipſo ſero, quod fit, dum ſuperat ſerum ipſa medicamenta duobus digitis. Et quoniam ſunt plura medicamenta in hac cōfectione, quæ propter leuitatem ſtatim petunt partem ſuperam, vt flores Violarum, Agaricus, & ſimilia; proinde prius hæc ſunt imbuenda aliqua ſeri lactis portione, deinde reliqua addenda ſunt, & reliquum ſerum lactis.

Exiſtimant multi Colocynthidem eſſe iniiciendam in ligaturamne, deinde aliqua pars ſenſilis relinquatur in cōfectione, ex qua ſequitur incommoda à Serapione tradita. Idem exiſtimant faciendum de Agarico propter aliam rationem: nam putant, quia levis eſt Agaricus aſcendere ad ſuperas partes, & non optime permitti cum reliquis. Sed ex hac ligatura maximum ſequitur incommodum; non enim optime corriguntur medicamenta interſe benigna cum malignis; & præterea colocynthis ex modo ſubſtantia ritu ſpongiæ potius attrahit humiditatem, & tumefcit, quam facultatem ſeri exhibeat, atque inde eius noxa non emendatur. Quod dicunt de Agarico, corrigitur, ſi prius imbuatur portione liquoris. Dubitatur, quorſum, cum lignum Indum, & reliqua medicamenta craſſæ ſubſtantia tantum infundantur per ſpatium vnus diei, medicamenta hæc tenuis, mediocriſque ſubſtantia infundantur per dies quinque? Reſpondetur maximo ar-

ificio factum fuiſſe, vt, ſcilicet, maligna medicamenta benignis emendantur, & corrigantur per tot dies.

Præterea putant multi ſerum lactis poſſe corrumpi per tot dies: vorum, vindicatur à putrefactione, per mixtionem tot medicamentorum amarorum, vt ſunt Abſinthium, Colocynthis, Agaricus, & tot ſiccorum, vt Myrobalani.

Ultimo eſt obſervandum contra multos, qui non hoc aſſequuntur, in hac confuſione ſeruari graduationem, vt dicunt; graduatio vero hæc eſt, medicamenta conſtantia craſſa ſubſtantia multum contunduntur, vt Polipodium, Myrobalani, & ſimilia, que vero mediocri ſubſtantia conſtant, mediocriter contunduntur, vt Rhabbarbarum, & Agaricus. Nam hic inſtrumento dicto Rollo Hiſpanice, illud vero cultello inſcinditur in minimas partes, vel leuiter in mortario contunditur. Quæ vero conſtant tenui ſubſtantia, vt flores, non contunduntur, nec opus eſt ipſos dividere ſemina tamen Aniſi; & Fœniculi aliquantulum contudimus. Ex hac graduatione ſequitur, vt eodem tempore beneficio maioris, mediocriſ, & minoris confuſionis exhibeant omnia medicamenta in ſua facultate, & corrigantur interſe per infuſionem per ſpatium quinque dierum, & ultimo per vnicum fervorem ſuam tribuunt vim, & facultatem ipſi liquori. Hic liquor ſeparatus à medicamentis infuſis, & fortiter expræſſis eſt accipiendus, & ſimul cum Saccharo igni exponendus & coquenda ſunt: hæc duo ad conſiſtentiam Mellis mediocriſ ſubſtantia; tunc aliqua portione Lactis ſeri debet extrahi caſia, & Tamarindorum medulla, quæ tum cum Manna, cum particula ſeri Lactis diluta, & collata addenda ſunt prædictæ, cōpoſitioni, & igni exponenda per leuem fervorem ſemper moverdo cochleari ligneo, dum tantum humor, quo fuerunt diſoluta, abſumatur: tunc ab igne extractis, reliqua addenda ſunt, dum ſere ac-

*Gradua-  
tio ſerua-  
ri poteſt  
inſuſioni-  
bus.*

*Modus cō-  
ponendi.*



ceserit confectio ad refrigerationem; nam Scamonium, si calorem sentit, in grumos coagulatur, unde in vna doli medicamento multa quantitas Scamonii reperitur, in alia vero, aut nulla; quod optime animadvertit Sylvius in sua Pharmacopea.

De Tamarindis, & de Casia medulla breviter est observandum, ut iustum pondus horum habeatur, esse pendenda, & mensuranda, simul cum humore, quo dissolvuntur, & deinde post extractionem pondus liquoris est aufiendum, & quod reliquum erit, computabitur vere de Casia, & Tamarindis. Et si ad nos recentia deferantur hæc duo medicamenta, quod non semper contingit, indigent liquore, ut dissolvantur: sed prius ad id pendendum pistillum, mortareum, & setaceum sunt inbuenda liquore, ne nos fallat eius pondus. Et ut possimus intelligere, an sit perfecte confectio parata, observandum est, remanere ex hac confectione ex Scheda vna proposita, dum absoluta est, libras quinque. Si enim remanet maior quantitas, non erit ad punctum exacte, ut longa experientia comprobatum est.

*Vsus cōfessionis Hæc* Utuntur Medici hac confectione ad purgandam melancholiam, & bilem flavam; valet enim istos humores evacuare, ut constat ex serie medicamentorum simplicium.

*De confectione Hæc* Ultimo loco est observandum, in nostris officinis duas differentias confectionis Hæc servari, quarum altera simpliciter confectio Hæc vocatur, altera vero, quæ describitur confectio Hæc simplex, vel confectio Hæc sine Scamoneo, & Colocynthide. Sed hæc non differt à prima, nisi quod detrahimus ad illam parandam Scamonium, & Colocynthidem, & hac confectione sic parata utuntur nostri Medici in affectibus, in quibus oportet fugere caloris actionem, ut in his, qui infestantur vrinae acrimonia à pituita orta salsa, & in similibus

affectibus. Revera tamen demptis ab hac confectione Hæc, Scamoneo, & Colocynthide veluti innanis remanet, præsertim ratione Scamonii: nam præterquam quod suam exercet actionem in bile purganda, id præterea calcar & stimulus est reliquis medicamentis, quæ citra Scamonium in hac confectione tarde & imbecilliter purgant, præsertim cum tanta copia astringentium medicamentorum reperiat in prædicta confectione.

## DE CONFECTIOE dia Phœnicon.

**H**uius confectionis descriptio desumpta est ex Antidotario eiusdem Mesue, & talis est;

**R̄.** Dactylorum Cheyrorum per triduum aceto albo macerata. *Dia Phœnicon Mesue*  
 Penidiarum Saphiri. 3. l.  
 Amygdalarum mundatarum. 3. xxx  
 Turbit. 3. xxxv.  
 Scamonii. 3. xij.  
 Zingiberis. ————  
 Piperis longi. ————  
 Foliorum Rutæ. ————  
 Cinnamomi. ————  
 Macis. ————  
 Ligni aloes. ———— añs. 3. ij. β.  
 Anisi. ————  
 Fœniculi. ————  
 Dauci. ————  
 Galangæ. ————  
 Mellis. ———— q. s.

Fiat confectio.

Ad hanc confectionem parandam multa observanda sunt imprimis de modo permiscendi Amygdalas, non nullos Pharmacopolas simul cum dactylis contundere, ipsas Amygdalas, quas deinde per dorsum setacei equi nicholeari transmittunt: Sed inepta est ratio permiscendi Amygdalas, quia dactyli sunt deinde simul cum Melle igni exponendi, ut Acetum, vel eius pars absumatur, ex quo sequitur Amygdalas incrassari, ac in-



durari actione caloris, & certe id experientia comprobatum est. Alij ipsas Amygdalas per se manibus confricatas transmittunt per dorsum fetacei. Qui modus triturae non est omnino vituperandus: Sed operae praetantiorum eligere ad comminuendas ipsas Amygdalas. Si enim Turbit indiget aliqua oleaginea substantia, ut in pulverem reducatur propter substantiam gummosam, cum qua re feliciter potest fieri, quam cum Amygdalis praesertim cum ipsa ingrediantur hanc compositionem ad Turbit noxas emendandas, & corrigendas.

*Amygdala dulces in diaPha nicon sunt imponenda*  
Sed hinc orta fuit dubitatio de quibus Amygdalis sit intelligendum, cum absolute proferat; recipe Amygdalas. Nos brevi summa veritatem proponemus nimirum, in hac confectione Amygdalas dulces esse imponendas, id intelligitur, si perpendamus noxas, quae reperiuntur in Turbit. Noxae vero, quae in Turbit reperiuntur, tres sunt.

*Turbit noxae quot, & quibus corrigantur.*  
Prima turbit est medicamentum exagitant, & evertens ventriculum, ad quam noxam corrigendam permiscetur illa medicamenta odorata, Zingiber, Piper longum, Galanga, Cinnamomum, Macis, Lignum Aloes, semina Anisi, & Foeniculi.

Secunda noxa, quae in Turbit reperitur est, quod est medicamentum tardae solutionis. Ad quam noxam corrigendam permiscetur Ruta, daucus & reliqua alia acris, quae facultatem Turbit imbecillam valent excitare.

Tertia noxa, quae in Turbit reperitur est, quod potest corpus macrum, & macilentum reddere. Ad quam noxam corrigendam permiscetur aliquod pingue ipsi Turbit, & propter hanc causam ingrediuntur Amygdalae hanc compositionem, & cum Amygdalae dulces sint magis pingues, & magis accedant ad naturam temperatam, proinde haec sunt accipiendae, nequaquam amarae, quae calidiores, ac minus pingues sunt.

Tandem ad hanc confectionem parandam consuetum est apud Pharmacopolas pro quantitate in praesenti scheda proposita accipere lib. ij. vnc. viij. Mellis despumati, sunt enim medicamentorum simplicium vnc. viij. demptis dactylis, penidijs & Amygdalis, dividendo vnc. j. in novem 3. vnde quadruplum Mellis accipiunt pro simpla quantitate medicamentorum simplicium, & in ista quantitate Mellis despumati adduntur dactyli per fetaceum equinum transmissi & aliquantulum igni exponuntur, ut acetum, vel eius pars, ut dictum est, absumatur, deinde hac ab igne extracta, additur Turbit cum Amygdalis, & Zingibere tritum, & per fetaceum equinum transmissum. Postea adduntur reliqua medicamenta aromatica, quae nonnulli subtiliter terenda putant; alii in crassas partes dividenda esse censent; revera tamen omnes falluntur: mediocriter enim sunt terenda, ut in ventriculo aliquo tempore detineantur cum Scamonio & Turbit, ultimo post refrigerationem addatur Scamonium aliquantulum crassius reliquis tritum.

## DE CONFECTIONE dia Catholicon.

Huius medicamenti descriptio a Nicolao Salernitano desumitur, quae sic habet;

R̄. Cassiae fistulae mundae. ———		an. vnc. viij.		Dia Catholicon Nicolai.
Tamarindorum. ———				
Foliorum Senae. ———				
Rhabarbari. ———				
Violarum. ———		an. vnc. iij.		
Anisi. ———				
Polipodii. ———		an. vnc. j.		
Quatuor seminum frigidorum mundatorum. ———				
Sacchari candi. ———				
Liquiritiae. ———		an.		3. iij.
Penidiarum. ———				
Sacchari optimi. ———			lib. viij	

Fiat



*Modus cōficiendi.* Fiat confectio hoc modo. ꝛ. Alterius Polipodii à prædicto lib. j. contunde, & diutissime coque in sufficienti quantitate aquæ, cola, & in præfenti colatura dissolve Saccharum & para Syrupum. In reliqua veroportione ligaturæ dissolve Cassiam, & Tamarindos, quæ duo cum prædicto Syrupo permisce, & paulisper buliant ad consumptionem humoris, quo fuerunt dissoluta; tunc extrahe ab igne; & reliqua omnia permisce in pulverem redacta medioerem.

*Vsus dia Cat alicon* Utuntur Medici hac confectio-  
ne ad humorum redundantiam evacuandam, tum etiam & bilem, aliquando in clysteribus cum decocto, & aliis permiscent.

## DE CONFECTIO NE Dia Sene.

**P**aratur etiam hæc confectio ab eodem Nicolao, cuius descriptio sic habet.

*Dia Sene Nicolai.* **Rx.** Sene optime purgati à lignis, & aliis excrementis. — vnc. iij. Avellanarum assatarū. — n. l. Serici combusti. — 3. ij. Lapidis Armeni loti, & præparati. — 3. j. Lapidis Lazuli loti, & præparati. — 3. iij. Saccari. — vnc. vj. Cinnamomi. — vnc. j.

Caryophyllorum.	_____	
Galangæ.	_____	
Piperis nigri.	_____	
Spicæ.	_____	
Ocymi.	_____	
Foliorum Caryophili.	_____	
Zingiberis.	_____	añ. 3. ij.
Cardamomi.	_____	
Croci.	_____	
Zedoariæ.	_____	
Floris roris marini.	_____	
Piperis longi.	_____	
Mellis despumati.	_____	q. s.

Fiat confectio, hac ratione.

*Modus cōficiendi.* Avellanæ cum assatæ sint cum foliis senæ, terantur, & per setaceum equinum transmittantur; reliqua autem non ita crassa sunt reducenda, sed per aliud setaceum equinum magis subtile sunt transferenda, et cum Melle, vino despumato, miscenda. Lapidés vero prius per se præparantur præparationibus à nobis superius in confectioe Alchermes adductis, Saccharum etiam, pauco vino dilutum, misceatur.

Quia nostris temporibus folia Caryophyllorum desiderantur, lococius caryophyllos esse ponendos censemus cum magis ad naturam foliorum accedant.

Utuntur nostri Medici hac confectioe ad Melancholia laborantes cū confectioe Hamec in potionibus, aliquando in confectioe permixta cū dia Moscho vsuali, limonata Smaragdorum, et aliis, cum felicissimo successu.

## DE CONFECTIO NE Indi Minoris.

**P**aratur hæc confectio ex Antidotario Mesue, e recipit.

Turbit.	_____	} añ. 3. c.
Sacchari.	_____	
Macis.	_____	} 3. vij.
Piperis.	_____	
Zingiberis.	_____	
Caryophyllorū.	_____	
Cinnamomi.	_____	
Cardamomi.	_____	
Nucis Moschatæ.	_____	

Scamonii. — 3. xij.  
Mellis. — q. s.

Fiat confectio.  
Est & alia descriptio confectiois Indi sub nomine Indi Maioris; sed Valentini Pharmacopolæ communi-



ter parant confectionem Indi Minoris superius propositam. Ad quam partem Turbit, et Scamonium in crassas partes sunt reducenda; reliqua simplicia mediocri tritura indigent; Mel vino despumetur, et Saccharum liquetur, et cum frigida fuerint, pulveres miscere debent.

Vtuntur Medici hac confectione ad pituitam evacuandam.

### DE CONFECTIOE Dia Prunis.

**D**uplex confectio sub nomine dia Prunis servatur in officinis, altera vocatur simpliciter dia Prunis confectio, altera vero cum additione hac; confectio dia Prunis solutivi, quæ pro singulis libris confectionis recipit 3. vij Scamonii. Alterius vero descriptio ex sententia Nicolai paratur depresso Scamonio; & vocatur confectio dia Prunis simplex, aut sine additione; confectio dia Prunis, quæ recipit, quæ sequuntur.

*Dia Prunis Nicolai.*

Prunorum recentium. ——— n. c.  
Coquantur in sufficienti quantitate aque, donec carnes Prunorum madescant, ita ut pellicula à carnibus separetur; tunc ab igne deponantur, & cum aliquantulum refrigerata fuerint, ab aqua extrahantur, & per dorsum ceracei, equinatela confecti, fricentur, donec nihil, præter ossa, & cortices, in eo remaneat. In aqua autem, in qua decocta fuerint, Pruna ponantur.

Violarum. ——— vnc. j. ß.  
Bulliant vnicō fervore; mox expressis Violis appone  
Sacchari. ——— lib. ij.  
Carnis Prunorum. ——— lib. j.

Coquantur ad formam carnis citoniorum conditæ mollioris consistentiæ: tunc adde

Pulpæ tamarindorum, &  
Pulpæ castiæ fistulæ, in supradicti decocti portione dissolutorum. ——— añ. vnc. j.

Iterum modice coquantur ad formam, scilicet, Syrupi crassioris consistentiæ: dum coquantur vero, semper sunt hæc cocleari agitanda. Tunc extrahe vas ab igne, & dum accesserit ad refrigerationem, permisce medicamenta, quæ sequuntur, in pulverem subtilissimum redacta;

Santali albi. ———  
Santali rubri. ———  
Spodij. ——— añ. 3. iij.  
Rhabarbari. ———  
Cinnamomi. ———

Rosarum. ———  
Violarum. ———  
Seminis portulacæ. ———  
Seminis Scariolæ. ——— añ. 3. ij.  
Seminis berberis. ———  
Succi liquiritiæ. ———  
Gummi Tragacanthi. ———

Seminis cucurbitæ. ———  
Seminis cucumeris. ———  
Seminis citrulli. ——— añ. 3. j.  
Seminis melonis. ———  
Paretur confectio.

In qua illud diligenter est observandum, quod ab omnibus prætermittendum est, Pruna, scilicet, prædictio numerus desumpta, esse eligenda eius magnitudinis, ut post coctionem tantum supersit lib. j. pulpæ earum. Id deprehenditur, licet obscure, ex ipso

Nicolao: Si enim ipse censuit in decocto prunorum esse iniiciendos flores violarum quantitate vnciæ unius cum dimidia, ex necessitate voluit esse accipienda pruna, cui experientia comprobatum fuerat post coctionem habere lib. j. pulpæ; si enim res aliter se haberet, in artificiosa sane, & inefficax, ac varia esset compositio. Ad id tamen intelligendum oportet tanquam certum statuere, quod longissima experientia comprobatum est, aquam, in qua decoquantur Pruna, maius pondus habere post coctionem, quam antequam decoquerentur Pruna, habuerant; quod recte comprobavimus, cum invenimus ex libris quinque aquæ in quam iniicimus

*Pruna cuius magnitudinis debeant esse, ad dia Prunis confectionem parandam.*



Pruna ad coctionem, post coctionem Prunorum pendere plus libra vna cum dimidia, demptis libris quinque: ex quibus colligimus aliquam substantiam Prunorum dissolvi in prædicto decocto; imo, & maior quantitas erat. Nam præterquam quod superat ipsam aquam à principio iniectam potest, non est negandum aliquam aquæ quantitatem fuisse absumptam per illam coctionem. Unde, & hæc quantitas, quæ fuit assumpta, & quantitas superans libras quinque aquæ, fuit recepta ab ipsamet substantia Prunorum. Si igitur Pruna ad prædictam confectionem accipiantur exiguæ molis, & magnitudinis, corripitur quantitas carnis necessaria in prædicta confectione. Quod si in gentis molis, & magnitudinis accipiantur Pruna prædicta, recipietur plusquam par erit, in prædicto decocto de carne Prunorum: loquimur de ipsa, quam diximus per coctionem dissolvi in aqua; concludamus vero habuisse Nicolaum Pruna eius molis, & magnitudinis, quæ post coctionem cribro transmissa, abiectis ossibus & pelliculis, haberent lib. j. Pulpæ, quæ Pruna ante coctionem certum esset pendere plus libris tribus; cortices vero, & ossa ad summum pendebant vnciis sex. Unde ex vna parte habuit lib. j. pulpæ Prunorum, ex altera vero parum plus, aut minus lib. vnam & semissem, quæ quantitas per coctionem in aquam migravit. Alioquin vero ex Rhabarbaro, Violis, Santalis & aliis medicamentis, quandoque minorem. Suponamus vero habere confectionem perfecte lib. iij. Si Pruna sint magna, & ex ipsis amplius recipiatur lib. j. minor quantitas veniet Rhabarbari, & reliquorum simplicium pro singulis vnciis confectionis, quæ res maximum incommodum afferret.

*Confectio dia Prunis soluti* Observandum quoque est, quod tanquam præceptum habere debent Pharmacopolæ, ut dia Prunis soluti per aliquod tempus Scamonium sit permixtum, antequam

ea vtantur. Vt corrigatur cum carne Prunorum facultas serrans sive corrodens & inflammabilis.

Quæ Pruna sint imponenda in hac confectione, an Damascena, an Iberiana, inter auctores agitata est quæstio; cum Damascena astrictoriam facultatem obtineant, ea esse imponenda censent, ut corrigant sua astrictione maleficam qualinatem Scamonii. Revera tamen magis acomodata sunt Pruna, quæ in nostro Regno Valentino sunt, quæ Prunas descaldar vocantur, & Pruna passa. Nam hæc sua humiditate temperant, & corrigunt ipsum Scamonium; & eorum lubricitate compositio dia Prunis magis purgans fit.

*pus ante usum paranda est.*

*Pruna qua lia in dia prunis sint imponenda*

*Vsus dia Prunis.*

Vtuntur Medici nostri hæc confectione ad bilem purgandam, ad intericem Iecoris calidam emendandam, & ipsum Hepar roborandum. Describitur tum in potionibus, tum in confectionibus ad usum homini bilioso, tum, eorum, quorum facies ab humore elevato maxime rubet.

## DE CONFECTIONE Gentilis laxativa.

Desumitur huius confectionis descriptio à Gentili Fulgino, ad Episcopum Olivensem tractatu de consiliis, consilio secundo, & recipitur;

R <sup>x</sup> .	Myrobalanorum chebulorum.	_____	} 3.ij.	<i>Confectio Gentilis laxativa.</i>
	Agarici.	_____ añ.		
	Turbit.	_____		

	Buglossæ.	_____	} vnc. β.
	Liquiritiæ.	_____	
	Camædryos.	_____ añ.	
	Epithimi.	_____	
	Polipodii.	_____	

Vuarum Passarum enucleatarum. \_\_\_\_\_ vnc. ij.

Pru-

*Handwritten signature: Mio. Pop. Seg. form ad*



Prunorum. \_\_\_\_\_ } añ. 3. x.  
 Iuiubarum. \_\_\_\_\_ }  
 Fumiterræ. \_\_\_\_\_ M. j.

Fiât decoctio in lib. iij. aquæ ad  
 consumptionem medietatis; coletur,  
 & exprimantur simplicia medicamen-  
 ta; collaturæ adde

Sacchari. \_\_\_\_\_ lib. j

Coquantur ad crassitudinem Mel-  
 lis mediocris consistentiæ; tunc ex-  
 trahe ab igne, & adde

Lapidis Lazuli loti, & præpa-  
 rati. \_\_\_\_\_

Lapidis Armeni loti, & præ-  
 parati. \_\_\_\_\_ añ. 3. ij.

Rhabarbari. \_\_\_\_\_

Et fiat confectio.

Vtuntur Medici hac confectione  
 ad humorem melancholicum eva-  
 cuandum.

*Vsus con-  
 confectionis Genti-  
 lis laxari  
 vs.*

## DE CONFECTIOE Benedictæ.

**N**icolaus Alexandrinus Bene-  
 dictæ confectionem adfert,  
 quæ eo differt à descriptio-  
 ne Nicolai Salernitani, quod  
 huius descriptio inter reliqua simpli-  
 cia medicamenta Esulam, id est, Ara-  
 bum Alcebram recipit: illius vero  
 compositio hoc medicamentum non  
 habet. Nostræ tamen officinæ desu-  
 munt ad hanc confectionem paran-  
 dam descriptionem traditam à Saler-  
 nitano, quæ sic habet.

*Benedictæ  
 Nicolai.*

**R.** Turbit. \_\_\_\_\_ }  
 Esula. \_\_\_\_\_ añ. 3. x.  
 Sacchari. \_\_\_\_\_ }

Diagridij. \_\_\_\_\_ |  
 Hermodactylorum. \_\_\_\_\_ añ. 3. v.  
 Rosarum. \_\_\_\_\_ |

Caryophyllorum. \_\_\_\_\_ |  
 Spica. \_\_\_\_\_ |  
 Zingiberis. \_\_\_\_\_ |  
 Croci. \_\_\_\_\_ |  
 Saxifragiæ. \_\_\_\_\_ |

Piperis longi. \_\_\_\_\_ |  
 Amomi. \_\_\_\_\_ |  
 Cardamomi. \_\_\_\_\_ |  
 Seminis petroselin. \_\_\_\_\_ añ. 3. j.  
 Seminis Apii. \_\_\_\_\_ |  
 Salis gemmæ. \_\_\_\_\_ |  
 Galangæ. \_\_\_\_\_ |  
 Macis. \_\_\_\_\_ |  
 Carvi. \_\_\_\_\_ |  
 Fœniculi. \_\_\_\_\_ |  
 Seminis Asparagi. \_\_\_\_\_ |  
 Seminis Rusci. \_\_\_\_\_ |  
 Mellis solis. \_\_\_\_\_ |  
 Mellis. \_\_\_\_\_ q. f.  
 Fiat confectio.

Constat hac confectio ex medica-  
 mentis purgantibus per aluum, & ex  
 medicamentis purgantibus per vrin-  
 am. Fortasse memor fuit Nicolaus  
 præcepti Galeni, in renum, & visicæ  
 affectibus, prius esse per aluum hu-  
 morem evacuandum, quam vreticis  
 vtamur; ne humor ad renes, & ves-  
 icam deferatur, & maior fiat obstru-  
 ctio. Hinc permiscet in hac confectione  
 Elusam, Turbit, & Scamonium, &  
 hermodactyllos ad crassos humores,  
 tophorum materiam, per aluum eva-  
 cuandos; & deinde acria reliqua me-  
 dicamenta permiscet, vt valeant hu-  
 morem in renibus, & partibus ipsis  
 subiectis per vrinam incidendo, &  
 attenuando evacuare. Ex quibus col-  
 ligimus duplicem esse adhibendam  
 trituram huic confectioni; nam illa  
 quatuor medicamenta purgantia per  
 setaceum setis equinis confectum,  
 cribamus; reliqua vero medicamen-  
 ta simplicia per setaceum sericum te-  
 nue transmittimus. Si enim hæc me-  
 dicamenta acria per setaceum setis  
 equinis confectum cribarentur, po-  
 tius iuarent actionem medicamen-  
 torum purgantium, quam illorum  
 facultas ad renes, & partes longin-  
 quas perveniret. Esula itaque Tur-  
 bit, & hermodactyli simul cum gut-  
 tis aliquot olei rosarum efusis teran-  
 tur, & per setaceum equinum tran-  
 smittantur, Scamonium per se paulo  
 crassius, reliqua vero subtiliter, &  
 Melle despumato vino conficiantur

*Ratio con-  
 ficiendi.*

ad-



addendo vltimo loco Scamonium, cum iam confectio refrixerit.

*Semina Asparagi & Rusci integra sunt immiscenda.*

Observandum quoque est illud, quod multi contendunt, ex seminibus Asparagi, & Rusci esse accipiendos cortices; alii vero existimant substantiam internam referentem ossæ naturam, esse accipiendam; alii denique media incedunt via. Vtrumque enim accipiunt ad compositionem. Tota tamen quæstio dirimitur, si perpendamus, ad quos vsus paretur hæc confectio, & simul inspiciamus, in qua harum partium vigeat facultas ad vsus confectionis magis accommodata; & cum hoc medicamentum inter reliqua paretur ad renum humores inscindendos, & attenuandos; & per vrinam ipsos defecandos, ea pars horum medicamentorum erit accipienda, quæ acrior est: maior vero acrimonia perferitur in corticibus; Præstat vero advertere nucleos Mespillorum Dioscoridis primi speciei Tricocon ab alijs vocatur, optimos esse renum affectibus ad arenulas, scilicet, evacuandas, in quibus nulla acrimonia, aut qualitas excedens per gustum, aut odoratum perferitur. Ac proinde fortasse id idem accidit substantiæ ossæ seminis Asparagi, & Rusci. Vnde qui illorum vtramque partem accipiunt, magis à calumnia vindicantur.

*Vsus Benedicta.*

Vtuntur passim nostri Medici hac confectione ad Enemata paranda, quam permiscet cum hiera composita Nicolai in quibuscumque frigidis affectibus ad iritandum; quandoque hanc eadem confectionem permiscet cum Casia præparata, quandoque cum dia Catholice in febribus notbis, & spurijs, ad iritandum, & emolliendum, & ad redundantiam humorum exinaniendam. Nam hoc fit propter permixtionem dia Catholice; illud vero propter Casia misionem. Aliquando etiam vtuntur hac confectione permixta cum hiera Logodionis, aut hiera Colocynthidis in Apoplecticis, Epilepticis, Paralyticis, & alijs cerebri affectibus.

DE CONFECTIOE Hieræ simplicis.

**V**T fiat hæc confectio, oportet pro singulis vncijs pulveris Hieræ simplicis Galeni superius tractatu de pulveribus traditi, permiscere vncias quatuor Mellis despumati. Sic habebimus confectionem Hieræ simplicis Galeni, quæ optima est eiusdem affectibus, quibus exhibetur pulvis Hieræ simplicis Galeni.

DE CONFECTIOE Hieræ composita.

**I**N omnibus fere officinis paratur confectio Hieræ picræ, cuius descriptionem adfert Nicolaus.

*Rx.* Cinnamomi. ---  
Spicæ nardi. ---  
Asari, Croci, ---  
Schœnanthi. ---  
Casia lignæ. ---  
Xylobalsami. ---  
Carpobalsami. ---  
Violarum. ---  
Absinthii. ---  
Epithymi. ---  
Agarici. ---  
Rosarum. ---  
Turbit. ---  
Colocynthidis. ---  
Mastiches. ---  
Aloes ad pondus omnium,  
& fun. --- vnc. viij.  
Mellis despumati. --- q. s.

*Hiera composita Nicolai.*

*añ. vnc. ss.*

Fiat confectio, tritis omnibus medicamentis, & per setaceum equinum transmissis præter Colocynthidem, quæ per se subtiliter debet teri, Melle vino despumato, & iam refrigerato.

*Modus efficiendi.*

Hæc confectio à Nicolao, tanquam à Galeno transcripta sic afertur; in nullo tamen Galeni opere similis descriptio invenitur, sed mutuatim sim-

*Vsus Hieræ compositæ.*



plicibus ab hiera simplici Galeni, additis quibusdam sic vocabit hanc confectionem. Quæ frequentissima est in Enematibus parandis; immo nulla alia frequentior, & præcipue annis præteritis, antequam essent in usu Enemata ex malsa confecta, ut eumque tamen sit in omnibus fere affectibus, in quibus utuntur benedicta per clysteres iniectiones possumus uti hac confectione, demptis tamen dolore nephritico laborantibus, in quo præstantior est usus solius Benedictæ, & incolico, licet hiera composita valeat vitreum humorem evacuare; feliciter tamen fit confectione Benedictæ, cum componatur ex pluribus, & vehementioribus medicamentis purgantibus. & evacuantibus pituitam in clysteribus, tum acribus.

**DE CONFECTIOE**  
*Hiera Logadionis.*

Desumitur descriptio huius confectionis ex Nicolao, quæ sic habet;

*Hiera Logadion Nicolai.*

<b>R.</b> Colocythidis. _____	} añ. 3. ij.
Polypodij. _____	
Euphorbij. _____	} 3. j. ß. g. vj.
Polij. _____ añ.	
Cocognidij. _____	} añ. 3. j. g. xij.
Abinthij. _____	
Mirrha. _____	} 3. j.
Centaurii. _____	
Agarici, Ammoniaci thymiamatis.	} añ. 3. j.
Folij. _____	
Spicænardij. _____	} ser. j. g. 14.
Scillæ. _____	
Diagridij. _____	} añ. 3. j. g. 14.
Comarum thymi. _____	
Camadryos. _____	} añ. 3. j. g. 14.
Cassæ. _____	
Bdilli, & Aloes. _____	} añ. 3. j. g. 14.
Prassii. _____	
Cinnamomi. _____	} añ. 3. j. g. 14.
Opopanacis. _____	
Castorii. _____	} añ. 3. j. g. 14.
_____	

Aristolochiæ longæ.	} añ. 3. ß.
Piperis albi.	
Piperis nigri.	} añ. 3. ß.
Piperis longi.	
Croci.	} añ. 3. ß.
Sagapeni.	
Petrocelini. _____	} añ. 3. ß.
_____	

Hellebori albi. _____	} añ. g. vj.
Hellebori nigri. _____	
Mellis despumati. _____	} q. s.
_____	

Fiat confectio.  
Ad hanc confectionem parandam sub illis verbis, quibus habet Nicolaus Ammoniaci thymiamatis, intelligunt multi, & male, duo simplicia medicamenta gummi, scilicet, Ammoniacum, & præterea Styracem rubream, quæ ab aliis vocatur Thymiamma eo, quod hoc ultimum medicamentum suffitibus parandis inseruit. Est enim lignosa substantia, quæ remanet ab Styrace liquida per coctionem expressa; male tamen intelligant duo medicamenta illis verbis; nam ultimum, quod vocant Thymiamma, ineptum est viribus huic compositioni, ut quisque ex Methodo componendi colligit: sed revera nomine Ammoniaci Thymiamatis intelligimus Ammoniacum guttam, & purissimum, ex quo antiqui suffimina parabant; & ideo cum addito vocarunt Ammoniacum Thymiamatis.

*Thymiamma quid.*

Quibus intellectis ad conficiendam confectionem accipe Colocythidem prius per se subtiliter tritam. Agaricum etiam per fetaceum equinum transmittite: Diagridium etiam per se paulo magis tritum, Scilla in pane cocta, ut præcipit Mesues. Hellebora etiam effusa aliquot guttis olei rosarum permixta cum Scilla, & aliis omnibus secundum artem servata graduatione, tere, & per fetaceum equinum transmittite; deinde despumato omnia permisce.

*Ammoniaci Thymiamatis nomine quid intelligendum sit.*

*Ratio conficiendi.*

Utuntur Medici hac confectione præsertim in Enematibus ad paralyticos, & apoplecticos.

*Usus Hiera Logadionis.*



## DE CONFECTIO NE

## Hieradial Colocynthidis.

**H**ÆC confectio desumpta est ex Galen. lib. de remediis paratu facillissimis capite de Alochia; cuius pondera ex medicamentis simplicibus ad nostrum modum loquendi sunt redacta ad pondera reliquarum compositionum. Hæc confectio paratur hoc modo;

**R**. Medullæ colocynthidis. ————— vnc. iij.  
 Chamæpitesos. ———— 3. iij. scr. j. g. xj. ß  
 Floris juncii odorati. ———— |  
 Casia. ————— | añ. vnc. j.  
 Spicæ nardi. ————— |  
 Mirrhæ. ————— |  
 Croci. ————— 3. ij. ß. g. vij. ß.  
 Opopanacis ————— |  
 Piperis longi. añ. ———— | 3. vj. scr. ij. g. vj.  
 Piperis nigri. ————— |  
 Marrubii. ———— 2 añ. vnc. j. 3. vj. scr. ij. g. v.  
 Sthœchadis. §  
 Gentianæ. ————— | añ. vnc. j. 3. ij. g. xv.  
 Agarici. ————— |  
 Sagapeni. ————— 3. ij. g. xv.  
 Mellis. ————— q. l.  
 Fiat confectio.

Hieradial  
Colocyn-  
thidis Ga-  
leni.

**Modus cõficiendi.** Tritis omnibus medicamentis simplicibus in crassas partes, præter colocynthidem, quæ subtiliter semper est terenda ad compositiones, cum Melle despumato paratur confectio.

**Vsus Hie-  
radial Co-  
locynthidis** Vtuntur Medici nostri hac confectio in dolore capitis inveterato; valet enim hoc medicamentum crassos humores ex partibus longinquis evacuare.

## DE CONFECTIO NE

## Electuarij rosati.

**C**VM hoc Electuarium paratur in forma confectionum, placuit inter confectiones addi

ci; cuius descriptio ex Mesue Antidotario desumitur in hunc modum.

**R**. Succi rosarum rubearum com-  
pletarum. ————— lib. iij.  
 Sacchari. ————— lib. j. ß.  
 Mannæ puræ recentis. ————— vnc. vj.  
 Scamonii Antiocheni. ————— vnc. j. ß.  
 Coque lenta flamma ad Mellis crassitiam, cui adde  
 Trochiscorum spodii. ————— vnc. j.  
 Gallia. ————— |  
 Croci. ————— | añ. 3. ij.  
 Trochiscorum de berberis. ————— vnc. iij.  
 Fiat confectio.

Electua-  
rium rosa-  
tũ Mesue

Quamvis Mesues Scamonium decoquendum esse præcipiat, nos aliter faciendum esse censemus. Accipe Saccharum; & cum succo decoque ad Syrupi consistentiam; tunc pone Mannam cum paucis succo dilutam, & colatam, & buliat unico fervore ad consumptionem succi; postea ab igne tractis adde pulveres subtiliter tritos, & cum iam frigida omnino fuerit confectio, addatur Scamoniũ in crassas partes tritum; & serva in vase vitreo bene obturato.

Modus cõ-  
ficiendi.

Cum experientia constet Scamonium in hac confectio tendere sursum, ob id Pharmacopolæ per aliquot dies agitent spatula; & sic præcavebitur confectio à damno.

Vtuntur Medici hoc Electuario, in potionibus purgativis ad bilem purgandam; est enim medicamentum satis gratum gustui, & olfatu. Nostri tamen tempestate raro eo utuntur in dictis potionibus, sed tantum extat usus huius Electuarii ad formandas pillulas aggregativas, & pillulas hermodactylorum minores.

Vsus Ele-  
ctuarij ro-  
sati.

## DE CASIA PRÆ-

## parata.

**C**VM varie à variis paratur Casia fistularis purgans dicta ab Arabibus, proinde, quid alii faciant, primo loco proponamus; deinde Valentinorum usum



circa huius preparationem explicemus: Et denique quoniam communiter in potionibus purgantibus describitur pulpa, sive medulla cassiæ recentè extracta, de hac etiam verba faciamus: ac simul descriptionem decocti communis, quo quotidie dissolvuntur confectiones purgantes, & aliorum, tradamus. In primis vero solent multi in aliis regionibus duas differentias Cassiæ præparate proponere, quarum alteram ex Saccharo præparant, & ad desumendam per os, servant; alteram ex Melle componunt; & malle; quam affirmant esse ad clysteres, sive Enemata. Ad utramque tamen parandam dissolvunt, Cassiæ medullam, & ipsam extrahunt decocto communi, sed variant in parando, huiusmodi decocto: nonnulli enim ipsum parant ex ordeo, liquiritia, Iulibus, Vvis passis, Prunis, seminibus Anisi, & Fœniculi, & floribus Cardiacis dictis. Alii ex multis simplicibus componunt. Ex quibus tamen à nobis paretur, deinceps explicabitur. Nunc enim brevi summa modum purgandi cassiam sic explicabimus;

*Cassia præparata quæ a ratione fier.*

Accipimus Cassiam fistularem; & gladio magno dimidiam corticis partem auferimus, & spatula medullam extrahimus, vel incidimus prædictam Cassiæ arundinem per lineam secundum longitudinem extensam ferreo pistilo parvo. Postquam divisione in duas partes æquales secatur Cassia fistularis, & ab utraque spatula ex ferro, argento, vel ligno confecta, pulpam, sive medullam extrahimus, quam tunc statim mandamus simul cum granis, & pelliculis, & pro singulis eius libris, duas libras Sacchari addimus. Sed antequam Saccharum permisceamus, infundimus prædictam medullam in aliqua portione decocti calidi communis, per quatuor, vel sex horas, in vase terreo, deinde per dorsum setacei setis equinis contexti extrahitur medulla, & servatur. Tunc iniicitur Saccharum in aliud vas, & cum decocto communi abluuntur Lamina, & Cassiæ ossi-

cula, quæ aliquantulum imbuta sunt pulpa Cassiæ, deinde igni exponuntur, Saccharum, & decoctum illud sive lavacrum, & coquantur ad consistentiam Mellis mediocris. Tunc extrahitur vas ab igne, & permisceatur Cassiæ medulla, quæ prius fuerat extracta, & iterum igni exponuntur & unico vel duobus fervoribus accedunt ad consistentiam confectionis. Qua utuntur medici ad potiones purgantes, & ad Enemata paranda, & hoc medicamentum describunt sub nomine Cassiæ præparatæ, neque alia differentia Cassiæ præparatæ in Officinis Valentinis servatur.

*Vsus Cassiæ præparata.*

His explicatis, ratio postulat, ut de Cassiæ medulla citra permixtionem Sacchari, verba faciamus, cum quotidie à medicis in suis Schedulis præscribatur. Hac triplici, aut quadruplici ratione extrahi potest; Primo modo extrahitur Medulla Cassiæ nullo addito liquore, aut vapore, quod sit dum ipsa omnium optima est recens ac pinguis; modus vero extrahendi est, ut fricentur lamina Cassiæ fistularis cochleari, aut manibus supradorsum setacei equini; deinde abradatur cum Spathula, vel cochleari, quod in alteram partem setacei erumpet. Et hic modus extrahendi reliquorum optimus est.

*Cassia recentè sine vapore, vel humore extracta.*

Secundus modus est; quando prædicta lamina exposita in prædicto setacei dorso, exponuntur supra aquam feruentem, dummodo vapor citra aquam lamina Cassiæ attingat ad humectationem, deinde cochleari, modo explicato, extrahitur medulla. Qui modus reliquis, qui proponuntur, longe multumque præstat. Et hanc medullæ Cassiæ describunt medici ita; ꝛ. Pulpam Cassiæ recentè extractam absque vapore, vel humore, ut superiorem. Vel ꝛ. Pulpam Cassiæ recentè extractam per vaporem, ut secundam explicatam, vel absolute ꝛ. Pulpam Cassiæ recentè extractam, ita ut ab initio Pharmacopole maneat, cum humore, vel citra ipsum extrahere. Optimi tamen

*Cassia per vaporem extracta.*



Pharmacopolæ, si ipsis factu facile est, citra humorem, vel saltim cum solo vapore Casiæ medullam. extrahant.

*Casiæ recēter extraēta absolūte.*

Tertius modus extrahendi Casiæ medullam est ille idem, quo diximus extrahi ad parandam Casiam præparatam, vel, humectatur lamina Casiæ fistularis, & fricantur supra setaceum, vt extrahatur medulla: his modus præstantior est vltimo sequenti; maxima quantitas liquoris iniicitur supra ipsas laminas, qui deinde vel linteo, vel colatorio ferreo, vel si maius setaceo percoletur. Maxime tamen interest, vt Pharmacopolæ inspiciant, quot vncias decocti iniiecerint, vt deinde ponderata Casia, & dempta quantitate decocti, intelligant, an iustum pondus Casiæ medullæ descriptum à medico habeant.

## DE DECOCTIS.

### DE DECOCTO COMMUNI.

**D**ecoctum commune, quo communiter extrahimus prædictam medullam Casiæ fistularis, & parantur potiones purgantes, à nobis magistraliter sic fit.

*Decoctio communis magistralis.*

**Rx.** Hordei. — pug. j. β.  
 Liquiritiæ rasa, & con-  
 tusa. — vnc. j.  
 Prunorum exollatorum. — n. xij.  
 Florum Cordialium. — pug. β.  
 Fiat decoctio in lib. iij. aquæ, ad consumptionem lib. ij. cum dimidia; coletur, & fervetur.

*Vsus Decocti communis.*

Vtuntur medici quotidie hoc decocto ad diluendas, vt dictum est, potiones purgantes; optimum enim est, si quod aliud eiusdem nominis ad vsus prædictos; iuvat enim medicamentorum actionem, vel saltim eam non retundit; & cum fere omnes confectiones purgantes, calidæ

sint per excessum; illarum caliditas aliquatenus corrigitur decocto prædicto, & præterea sapor prædictorum medicamentorum, vel confectionum emendatur. Et denique optimum est hoc decoctum ad extrahendam Casiæ medullam eandemque præparandam: nullum enim potest excogitari præstantius hoc; nec enim calidiorem reddit casiam facultate, nec leniendi facultatem illius obtundit; sed ipsam his duobus iuvat.

### DE DECOCTO PECTORALI.

**M**agistraliter paratur hoc Decoctum, modo sequenti.

*Decoctio Pectoralis magistralis.*

**Rx.** Decoctionis communis prædictæ. — lib. j.  
 Dactylorum. — n. x.  
 Hyssopi sicci. — M. j.  
 Capillorum veneris. — M. j. β.

Coquantur hæc tria in lib. j. β. Aquæ ad consumptionem tertiæ partis, colentur, & colaturæ permisce Decoctum commune.

Vtuntur Medici hoc Decocto ad diluendas potiones in pectoris affectibus.

### DE DECOCTO COMMUNI pro Clysteribus.

**F**IT etiam magistrali ratione hoc Decoctum hac ratione.

*Decoctio communis pro Clysteribus magistralis.*

**Rx.** Malvarum. —  
 Mercurialis. —  
 Brancæ vrcinæ. —  
 Foliorum Violarum. —  
 Foliorum Betæ. — añs. M. β.  
 Florum Camomillæ Vrgelen-  
 sis. —  
 Seminis Anethi. —  
 Seminis Fœniculi. —  
 Furfuris. —

Coquantur in lib. iij. Aquæ ad consumptionem medietatis, & cola. Vtuntur hoc decocto Medici ad



Enemata communia, vt dicunt paranda.

*Colatoria decoctionum quantum oportet nitida esse.*

Quantum expediat, vt instrumenta, quæ colatoria dicuntur, munda sint, tersa, & nitida ad decoctiones transmittendas, sed percolandas, facile colligitur ex Arnardo de Villanova in suo Antidotario cap. de coctione. Ibi enim docet suo tempore, factum fuisse decoctum ex medica-

mentis Cardiacis, cumque de more fuisset percolatum eodem instrumento colatorio, quo Elleborum, nec Ellebori sordes fuissent ablata, & abstersa, maxima symptomata secuta fuisse, & ægrotum in summum vitæ venisse discrimen. Vnde oportet, vt in emundandis eiusmodi instrumentis non exigua cura adhibeatur.

## TRACTATUS, IN QVO OMNES PILLVLÆ TRADVNTVR.

**M**ethodo superius proposita primo loco notionem Pillularum proponemus; secundo vero de materia illarum agemus.

**P**ILLVLA nomen duxit à similitudine, quam habet cum parva Pila. Rotunda enim figura est: reliquis præstantior, & acōmodatior ad deglutendū;

*Quid sit Pillula, et unde dicatur.* & licet, Pillulæ, vt describuntur à Medicis, in præscripta figura formentur, à nobis tamen vocantur Pillulæ massæ, quæ servantur in officinis ad Pillulas parandas quarum forma, & figura rotunda est, & oblonga, sive teres, atque rotunda, longitudinis digiti medi, quæ forma, & figura in officinis vocatur Magdaleon. Si enim prædictæ massæ Pillularum statim, ab illarum confectioe, formarentur in Pillulas, nulla ratione medicamentorum simplicium facultas posset conservari, vel saltim per exiguum tempus servaretur. Possunt etiam prædictæ massæ in varias alias formas & figuras formari, vt in offas, quarum forma in parte superficiei rotunda est, in alia vero fere plana.

*Pillularum materia.*

Materia Pillularum varia est; aliquando enim succus est materia Pillularum, quandoque mucilago, sive

syrupus, aut sapa, aliquando confectio, vt in Pillulis aggregativis Hermodatilis minoribus, cum Electuario, scilicet, rosato Metues formantur. Sed, vt breviter concludamus, liquor mollis, sive multum, sive parum, fluidus materia est Pillularum licore. Namque omnia simplicia medicamenta in pulverem redacta, vel licore soluta, vt sunt gummi, excipiuntur.

Variæ extant in vsu differentiæ Pillularum; nam à Medicis quotidie in suis schedulis variæ Pillulæ pro variis affectibus formantur, vt ad distillationes præscribuntur Pillulæ ex corticibus papaveris, Mastiche, Thure, Croco, Opio, & aliis, quæ cum glutine Tragacanthi, aut aqua rosata, aut plantaginis, accipiuntur. Loquendo tamen de Pillulis, quæ in officinis quotidie servantur, ex illis tantum sunt tres differentiæ; aut enim sunt lenientes, aut astringentes, aut denique purgantes.

Lenientes vero in vnica tantum differentiâ; quemadmodum, & astringentes sub vnica specie, vel individuo continentur.

*Pillularum differentiæ*



DE PILLVLIS LENIENTIBVS.

PILLVLÆ BECHICÆ.

**M**assa, quæ ex Lenientibus Pillulis servatur in officinis, est illa, quæ vulgo circumscribitur sub nomine Pillularum Bechicarum; & quamvis variæ extent huius massæ descriptiones, est tamen, quæ sequitur, longo vsu comprobata, tanquam præstantior, cum habeat levem facultatem incindendi humorem in thorace existentem, & satis in signem Leniendi; & parantur hac ratione.

*Pillulæ Bechicæ magistrales.* **Rx.** Succi Liquiritiæ. —  
Saccari candi violaci. añā. vnc. j.  
Pulvis diæ Tragacanthi frigidī. —————

Infundatur succus Liquiritiæ in sufficientem quantitatem decocti Liquiritiæ, post eius dissolutionem reliqua misceantur, & fiat massa.

*Vsus Pillularum Bechinarum* Utuntur medici prædictis Pillulis in emendanda, & corrigenda siccitate trachiarteriæ, vt in catharro ab humore acri, & mordaci, & tussi sicca.

DE PILLVLIS ASTRINGENTIBVS.

**L**icet, possint medici quotidie ex variis simplicibus medicamentis acerbis austeris Pillulas astringentes formare; in vsu tamen tantum extant Pillulæ, quæ vocantur Nicolai contra fluxum ventris, quarum descriptio desumitur ex Nicolao Salernitano, & hæc est schedula.

**Rx.** Myrtillorum. —————  
Balauftiorum. —————  
Psidiæ, idest; corticis mulorum granatorum. —————  
Radiciæ simphiti. —————  
Sanguinis draconis. —————  
Boli Armenici. —————  
Acaciæ. —————  
Hypocistidis. —————  
Rosarum. —————  
Tartari. añā. 3. j.  
Semini sumach. —————  
Crocī. —————  
Galie Moschatæ. —————  
Gallæ. —————  
Cinnamomi. —————  
Spodij. —————  
Mastiches. —————  
Gummi Arabici. —————  
Opij. ————— 3. β.  
Succi cimarum lentici, succi cimarum mirrhæ añā. q. s. Fiat massa.

*Pillulæ contra fluxum ventris ex Nicolao.*

DE PILLVLIS PURGANTIBVS.

PILLVLÆ AGREGATIVÆ.

**D**esumitur harum Pillularum descriptio ex Ioannis Mesue Antidotario, in quo variæ descriptiones prædictarum Pillularum reperiuntur; ea tamen, tanquam præstantissima, est in vsu, quæ habet apud Mesuem ex inventione nostra, & est, quæ sequitur;

**Rx.** Myrobalanorum citrinorum. ————— añ. 3. iiij.  
Rhabarbari. —————  
Succi Eupatorii. ————— añ. 3. ij.  
Succi Absinthii. —————  
Scamoni Antiocheni, cocti impo- mo. ————— 3. vj.  
Myrobalanorum chebullorum  
Myrobalanorum Indorum. —————

*Pillulæ aggregativæ Mesue*

Agar







# De Pillulis.

113

Mefues aquam per destillationem extractam, sed succum ipsius Fœniculi. Praxis enim loquendi Mefues est, succos vocare aquas: vt deprahenditur, cum verba facit de infusione Rhabarbari. Habet enim; infundatur in aquas Buglossæ, Plantaginis prius bullitas, & collatas: quod si nomine aquarum intellexisset aquas per distillationem extractas, non esset, quod adderet decoquendas, & colandas esse prædictas aquas.

*Pillularum  
Massa re  
tam com  
ponendi me  
thodum.*

Ad formandas has Pillulas præceptum proponemus; non esse solum succum Fœniculi per se tantum, sed cum 3. v. Mellis debemus coquere in modum Syrupi liquidi, quod fit, vt lentore Mellis massa Pillularum conservetur; nam si absque Melle formantur, ob nimiam siccitatem simplicium solet massa nimis exiccare ita vt quando veniunt in vsu ad formandas Pillulas, quæ quotidie à Medicis præscribuntur, Scamonium plus iusto teratur. Ideo decretum facimus ex consensu totius Collegii, & iuxta sententiam Medicorum nostrorum, vt omnes Pillulæ, quæ solo succo, aut alio liquore formantur, pro vnaque que vncia pulveris, drachmæ duæ Mellis imponantur in succo, vel liquore, & coquantur vna ebullitione in modum Syrupi liquidi: nam hac ratione non exsiccantur, & per totum annum molles servantur. Iubat nostram sententiam doctissimus Iacobus Sylvius in sua Pharmacopea tractatu de Pillulis, & Nicolaus propositus lib. 2. cap. 4. de Pillulis.

*Vsus Pillularum de Rhabarbaro Mefues.*

Vtuntur Medici nostri his Pillulis ad humorem biliosum evacuandum.

## PILLVLÆ DE Agarico.

Ab eodem Mefue parantur hæ Pillulæ hoc modo;

*Pillule de  
Agarico  
Mefues.*

℞. Agarici. \_\_\_\_\_ 3. iij.  
Radicis hireos. \_\_\_\_\_ | añ. 3. j.  
Prasii. \_\_\_\_\_

Turbit. \_\_\_\_\_ 3. v.  
Hierę picræ. \_\_\_\_\_ 3. iij.  
Colocynthidis. \_\_\_\_\_ | añ. 3. ij.  
Sarcocolę. \_\_\_\_\_  
Myrrhę. \_\_\_\_\_ 3. j.  
Sapę. \_\_\_\_\_ 9. f.  
Fiat Massa.

Obserua, non esse accipiendam ad has Pillulas parandas hietam simplicem Galeni, sed pulverem hierę picrę à Mefue traditum, cuius descriptio sic habet; ℞. Cinnamomi, Maltiches, Afari, Spicę nardi, Carpobalsami, Croci, Xilo aloes, Casię añ. partes equales, Aloes, ad pondus omnium; fiat pulvis; hoc pulvere tantum vtuntur in Mefue compositionibus.

Vtuntur Medici his Pillulis ad evacuandum humorem ex thorace, qui fit ex pituita crassa, aut in Alimate.

*Vsus Pillularum  
Agarico  
Mefues.*

## PILLVLÆ FOETIDA.

**D** Vas adfert Mefues descriptio nes Pillularum foetidarum; sed quæ à nobis conficiuntur, sunt, quæ ab ipso Pillulę foetidę maiores dicuntur; & parantur hac ratione;

℞. Sagapini. \_\_\_\_\_  
Ammoniaci. \_\_\_\_\_  
Opopanacis. \_\_\_\_\_  
Bdellii. \_\_\_\_\_ | añ. 3. v.  
Colocynthidis. \_\_\_\_\_  
Harmel. \_\_\_\_\_  
Aloes. \_\_\_\_\_  
Etithymi. \_\_\_\_\_

*Pillulæ foetide maiores Mefues.*

Hermodaetylörü. \_\_\_\_\_ | añ. 3. iij.  
Esulę. \_\_\_\_\_  
Scamonii. \_\_\_\_\_ 3. iij.

Cinnamomi. \_\_\_\_\_ | añ. 3. j.  
Spicę. \_\_\_\_\_  
Croci. \_\_\_\_\_  
Castorei. \_\_\_\_\_

Turbit. \_\_\_\_\_ 3. iij.

P

Ziu



Zingiberis. ————— 3. j. β  
 Euphorbii. ————— scrup. ij.  
 Dissolvantur lacrime in aqua porris  
 & fiat massa.

Vtuntur Medici his Pillulis ad  
*Vsus Pillularū fœtidarum.* quoscunque crassos humores ex par-  
 tibus longinquis eliciendos.

**DE PILLVLIS RA-**  
*sis.*

PARantur hæ Pillulæ, vt demonstrat  
 Schedules;

*Pillulara sis.* **Rx.** Myrræ. ————— | añ. vnc. j.  
 Croci. ————— |  
 Aloes. ————— vnc. ij.  
 hanc descriptionem adfert Rhafis  
 9. ad Almanforem, tractatu 4. cap. 29  
 de pestilentia, & eius cautione.

Vtuntur Medici ad evacuandum  
*Vsus Pillularū ra sis.* ventriculum, & ad roborandum ip-  
 sum. Iubant eam concoctionem.

**DE PILLVLIS CO-**  
*chis Rafis.*

**H**ANC Pillularum descriptio-  
 nem adfer Rafis lib. 9. ad  
 Almanforem capite primo  
 de cephalica, & emicranea,  
 & sic describuntur.

*Pillulæ cochis Rafis* **Rx.** Pulveris hieræ picræ. — 3. x.  
 Colocynthidis. — 3. iij. scrup. j.  
 Scamonii. ————— 3. ij. β.  
 Turbit. —————  
 Sthœcados. ————— 3 añ. 3. v.  
 Cum Syrupo Sthœcados formetur  
 massa.

Quoniam inter reliqua simplicia,  
 quæ ingrediuntur ad parandam hæ-  
 rarum Pillularum massam ingreditur  
 hieræ picra, proinde non erit alienū  
 e ratione hieram picram ipsius Rafis  
 proponere, & est, quæ sequitur;

*Puluis hieræ picræ Rafis.* **Rx.** Rosarum. — |  
 Spicæ nardi. — |  
 Mastiches. — |

Xilobalsami. añ. | scrup. i. g. vj.  
 Cinnamomi. — |  
 Xilo Casiæ. — |  
 Aloes. ————— 3. vj. scrup. ij.

Vtuntur Medici his Pillulis ad pur-  
 gandos humores pituitosos, & crassos

*Vsus Pillularū cochiarū Rafis.*

**PILLVLÆ AZAIE-**  
*ret.*

**H**Arum Pillularum descriptio  
 desumitur ex Avicena li-  
 bro quinto fen. prima, &  
 sic desumitur;

**Rx.** Hieræ picræ. ————— vnc. j. *Pillulæ Azaieret Avicena*  
 Mastiches. ————— |  
 Myrobolanarum citrinorum. ————— | añ. vnc. β.  
 Aloes, ————— vnc. ij.  
 Cum Syrupo de Sthœcad; fiat massa.

Vtuntur Medici his Pillulis ad  
*Vsus Pillularum Azaieret* evacuandum humorem biliosum, tū  
 pituitosum. Nam hos duos humores  
 evacuunt biliosum, scilicet, ob simi-  
 litudinem substantiæ, pituitosum  
 tergendo.

**PILLVLÆ AVREÆ;**

**H**Arum descriptio desumitur ex Ni-  
 colao Salernitano, & sic præpa-  
 rantur;

**Rx.** Aloes. ————— | añ. 3. v. *Pillulæ Anreæ Nicolai.*  
 Diagridii. ————— |  
 Rosarum. ————— |  
 Seminis Apii. ————— | añ. 3. ij. β.  
 Seminis Anisi. ————— |  
 Seminis Fœniculi. ————— | añ. 3. j. β.  
 Croci. ————— |  
 Medullę colocynthidis. ————— | añ. 3. j.  
 Mastiches. ————— |

Cum glutine Tragacanthi forme-  
 tur massa.

Vtuntur Medici his Pillulis in  
 emicranea calida, ophthalmia, & si-  
 milibus affectibus.

*Vsus Pillularum Anreæ Nicolai.*



# De Pillulis.

**DIS**

## PILLVLÆ ARTHRITICÆ.

**D**esumitur hæc descriptio ex Nicolao Salernitano, & est, quæ sequitur;

*Pillul. Arthriticæ Nicolai.*

- |                           |             |       |
|---------------------------|-------------|-------|
| <b>Rx.</b> Hermodactylorū | _____       | _____ |
| Turbit.                   | añ. 3. iij. | _____ |
| Agarici.                  | _____       | _____ |
| Cassia.                   | _____       | _____ |
| Spicæ nardi.              | _____       | _____ |
| Caryophyllorū.            | _____       | _____ |
| Xilo balsami.             | _____       | _____ |
| Carpobalsami.             | _____       | _____ |
| Macis.                    | _____       | _____ |
| Galangæ.                  | _____       | _____ |
| Zingiberis.               | añ. 3. ij.  | _____ |
| Mastiches.                | _____       | _____ |
| Assæ fœtidæ.              | _____       | _____ |
| Fœniculi.                 | _____       | _____ |
| Anisi.                    | _____       | _____ |
| Saxifragiæ.               | _____       | _____ |
| Seminis asparagi.         | _____       | _____ |
| Seminis Rusci.            | _____       | _____ |
| Rosarum.                  | _____       | _____ |
| Milii Solis.              | _____       | _____ |
| Salis Gemmæ.              | _____       | _____ |

Scamomi. \_\_\_\_\_ vnc. j.  
Aloes ad pondus omnium;  
Formetur massa cum succo Fœniculi.

*Psus Pillularum Arthriticæ Nicolai.*  
Vtuntur his Pillulis Medici ad podagram, chiragram, & ad reliquos articulorum affectus, & ad evacuandos crassos humores harum partium.

## PILLVLÆ, SINE

*quibus*

**E**x eodem Nicolao desumitur descriptio harum Pillularum;

- |                                  |       |           |
|----------------------------------|-------|-----------|
| <b>Rx.</b> Aloes epaticæ ablutæ. | _____ | 3. xiiij. |
| Myrobalanorum citrinorum.        | _____ | _____     |
| Myrobalanorū chebulorū.          | _____ | _____     |

*Pillulæ sine quibus*

- |                        |       |           |
|------------------------|-------|-----------|
| Myrobalanorum Indorum, | _____ | _____     |
| & bellicorum.          | _____ | _____     |
| Rhabarbari.            | _____ | _____     |
| Mastiches.             | _____ | _____     |
| Abinthii.              | _____ | añ. 3. j. |
| Rosarum.               | _____ | _____     |
| Violarum.              | _____ | _____     |
| Senæ.                  | _____ | _____     |
| Agarici.               | _____ | _____     |
| Cuscute.               | _____ | _____     |

Scamonii. \_\_\_\_\_ 3. vj. ss.

Cum succo Fœniculi liquefaciendum esse Scamonium præcipit Nicolaus ad formandas has Pillulas. Quæ sententia nobis non placet, sed ipsum terendum esse censemus crassius; ut iam superius observavimus, & cum succo Fœniculi excipiantur omnia manibus vinctis oleo violarum.

Vtuntur Medici his Pillulis ad quoscunque humores capitis evacuos, præcipue tamen, & validius humores biliolos evacuant.

*Vsus Pillularum sine quibus.*

## PILLVLÆ DE FUMOTERRÆ.

**H**ÆC descriptio Pillularum desumitur ex Avicena fen. 7. lib. 4. tract. 3. de cura pruritus, & scabiei, & sic habet;

- |                                      |           |         |
|--------------------------------------|-----------|---------|
| <b>Rx.</b> Myrobalanorum citrinorum. | _____     | _____   |
| Myrobalanorum chebulorum.            | añ. 3. v. | _____   |
| Myrobalanorum Indorum.               | _____     | _____   |
| Aloes.                               | _____     | 3. vij. |
| Scamonii.                            | _____     | 3. v.   |

*Pillula de Fumoterra Avicennæ.*

Ter imbuantur cum succo Fumiterræ; toties exsiccentur, & cum absumptus fuerit succus, fiat massa.

Oportet, ut confectionem harum Pillularum succum Fumiterræ fere ad medietatem decoquatur, ut aquosa, & excrementitia substantia per confectionem absumatur.

Vtuntur Medici his Pillulis in pruritu

*Vsus Pillularum fumiterræ.*



ritu Scabiei, & similibus cutis affectibus: habet enim succus Fumiterræ facultatem purgandi humorem biliosum, & humores adustos a venis per urinam, quæ veritas partim constat ex Gal. 7. Simplicium capite de camno, partim ex ipsomet Mesue capite de hac eadem planta.

PILLVLÆ COCHILÆ Galeni.

Esti variæ sunt descriptiones harum Pillularum à Gal. in variis locis tradita, vt 14. methodi, & alibi, tamen quæ in officinis servantur, sunt, quæ ab ipso Galeno traduntur libro de remediis paratu facilibus capite de Alopecia, & Ophiasis;

Pillulæ Cochilæ Galeni. R. Colochyntidis. ———— } añ. vnc. j. Succi absinthii. ———— } an. vnc. ij. Aloes. ———— | Scammonii. ———— | Cum succo Pomorum foientur.

Ad hanc massam formandam adducit Gal. succum Pomorum: reuera tamen sufficiens est succus Absinthii, etiam si non debeamus illum sumere ita, vt à planta extrahitur: sed aliquantulum incrassatum. Verum si fortasse ita incrassatus fuerit, vt illo massa exacte formari non possit, tunc temporis addatur succus ex Pomis redolentibus extractus.

Vtuntur Medici his Pillulis ad purgandos crassos humores de partibus, longe distantibus, & ita in capitis dolore, siquæ aliæ optimæ sunt.

PILLVLÆ LVCIS maioris.

DVAS adfert Mesue Pillularum de lucis differentias; prima vocatur massa Pillularum de Lucis maioris, quæ sic describitur.

R. Rosarum. ———— Violarum. ———— Absinthii. ———— Colocynthidis. ———— Turbit. ———— Cubebæ. ———— Calami aromatici. ———— Nucis muscathæ. ———— Spicæ. ———— Epithymi. ———— Carpobalsami. ———— Xilobalsami. ———— Seseleos. ———— Seminis Rutæ. ———— Schœnanthi. ———— Afari. ———— Mastiches. ———— Caryophyllorum. ———— Cinnamomi. ———— Anisi. ———— Fœniculi. ———— Apii. ———— Cassiæ. ———— Croci. ———— Macis. ———— Myrobalanorum citrinorum. ———— Indorum. ———— Chebulorum. ———— Belliicorum. ———— Emblicorum. ———— Rhabarbari. ————

Pillulæ de Lucis maioris.

añ. 3. iiii

Agarici. ———— | añ. 3. v. Senæ. ———— |

Euphrasiæ. ———— | 3. vj.

Aloes optimi ad pondus omnium, formetur massa cum succo Fœniculi.

Vtuntur Medici his Pillulis ad pituitam è cerebro evacuandam; & ita profunt cum felici successu in oculorum affectibus.

Vtuntur Medici his Pillulis ad pituitam è cerebro evacuandam; & ita profunt cum felici successu in oculorum affectibus.

PILLVLÆ LVCIS minoris.

AB eodem Mesue parantur hæ Pillulæ.

R. Xilobalsami. ———— | añ. 3. j. Carpobalsami. ———— | Che.

Pillulæ de Lucis minoris.



Chelidonię.	_____	3. v.
Rosarum.	_____	
Violarum.	_____	
Absinthii.	_____	añ. 3. iij.
Euphrasię.	_____	
Senę.	_____	
Epythimi.	_____	
Myrobalanorum citrinorū.	_____	
Chebulorum.	_____	
Emblicorum.	_____	
Belliricorum.	_____	
Indorum.	_____	añ. 3. ij. β.
Agarici.	_____	
Colocynthidis.	_____	
Schœnanthi.	_____	
Lycii.	_____	
Lapidis Lazuli.	_____	

Agarici.	_____	
Lapidis Lazuli loti.	_____	
Colocynthidis.	_____	añ. 3. iij.
Salis Indi, vel loco eius	_____	
salis Gemmę.	_____	

Succi Eupatorii.	_____	añ. 3. ij.
Spicę.	_____	
Caryophyllorum.	_____	3. j.
Pulvis hierę picrę.	_____	3. xij

Fiat massa cum succo Apii.

Utuntur Medici his Pillulis ad *VsusPilla*  
purgandos humores crassos, præfer- *larum In*  
tim melancholicos. *darum.*

## PILLVLÆ DE Hieræ.

**E**X pulvere Hierę simplicis Galeni, addita aqua Fœniculi, magistraliter formatur massa, dicta Pillulę de Hieræ simplici Galeni.

Ex istis Pillulis quotidie in officinis formantur Pillulę ad formam piperis, ex quibus singulis noctibus duodecim assumuntur.

## DE PILLVLIS Lapidis Lazuli.

**H**Arum Pillularum descriptio desumitur ex Mesue sententia.

℞. Lapidis Lazuli Loti, & præparati.	_____	3. vj.	Pillulę la-
Epithymi.	_____	añ. 3. viij.	pidis La-
Polypodii.	_____		zuli.

Caryophyllorum.	_____	3. añ. 3. iij.
Anisi.	_____	

Scamonii.	_____	
Ellebori nigri.	_____	añ. 3. ij. β.
Salis Indi-	_____	

Agarici.	_____	3. viij.
Pulvis Hierę picrę.	_____	3. xv.
Cum succo Endivię fiat massa.		

Aloes ad pondus omnium fiat massa, cum succo Chelidonia, aut Fœniculi.

*VsusPilla*  
*larū lucis*  
*minoris.*  
Hę Pillulę eisdem profant, quibus superiores; aliquantulum tamen potentiores sunt duplici de causa; Prima, propter lapidem Lazuli, vehemens medicamentum ad purgandum fœcum melancholicum; secunda, quod proportione servata, maior portio medicamentorum purgantium, eiusdem fere generis respondet quantitati aromatam, quam in Pillulis lucis maioris.

*Licy loco*  
*quid sume*  
*dum.*  
Ad hanc massam parandam vero Lycio caremus; sed loco eius Amurcam ex olivis maturis, & recenter extractam, & in vase æreo coctam, cum Dioscoride substituendam, decrevimus.

## DE PILLVLIS INDIS

**H**Arū descriptionem adfert idē Mesues sub auctore Hali, vt sequitur.

℞. Myrobalanorum Indorū.	_____	
Ellebori nigri.	_____	añ. 3. v.
Polypodii.	_____	
Epithymi.	_____	
Schœchadis.	_____	añ. 3. vj.

Utuntur





*Vsus Pillularum de Lapide lazuli.* Utuntur Medici his Pillulis ad purgandum humorem Melancholicū, & maniam.

**PILLVLÆ DE HERMODACTILIS minoribus.**

**D**VÆ sunt descriptiones Pillularum de Hermodactilis; alię vocantur Pillulæ de Hermodactilis maioribus, aliæ Pillulæ de Hermodactilis minoribus. Sed posteriores in vsu sunt, quarum descriptio ex Mesue desumitur, quæ sic ab ipso traditur;

*Pillulæ de hermodactilis minoribus.*  
**R.** Hermodatilorum. ——— 3.v.  
 Scamonii. ——— 3. ij. β.  
 Myrobalanorum citrinorum. ——— 3. iij.  
 Rosarum. ——— 3. ij.  
 Aloes. ——— 3. x.  
 Cum Electuario rosato Mesue formetur massa.

*Vsus Pillularum hermodactilis minor.* Utuntur medici his Pillulis ad purgandos humores pituitosos.

**PILLVLÆ STOMATICA.**

**Q**Uamvis variæ sint descriptiones harum Pillularum à Mesue traditæ; solum tamen officinæ in vsu habent, quæ à Mesue Pillulæ Stomatice. Aliæ à nobis inventæ vocantur, quarum descriptio est hæc;

*Pillulæ stomaticæ.*  
**R.** Turbit. ——— 3. x.  
 Mastiches. ——— 3. iij.  
 Rosarum. ——— 3. iij.

Aloes ad pondus omnium.  
 Excipe omnia succo Absinthii.

*Vsus Pillularum stomaticarum.* Utuntur Medici adiuvandam coctionem, & retentionem alimentorum; qui ante cibum vtuntur illis, præsertim in his, qui statim à cibo assumpto eiusdem alimenti, cruciantur.

**PILLVLE DE ELLEBORO.**

**H**AC massa Pillularum in officinis nostris vtitur;

**R.** Ellebori nigri. ——— 3. iij.  
 Dauci. ——— 3. j.  
 Anisi. ——— 3. j.  
 Piperis. ——— 3. j.  
 Florum Buglossę. ——— 3. β.  
 Epithymi. ——— scrup. ij.  
 Moschi. ——— g. vj.

Contundantur omnia, & vino albo electissimo, quod satis sit, infundantur per noctem; deinde semel ferve fiant, exprime, cola, tunc accipe;

Massę Pillularum de Fumoterræ. ———  
 Massę Pillularum Cochiarum. ——— añ. 3. ij. β.  
 Massę Pillularum Aurearum. ———

Ipsis affunde decocti prædicti, & deinde in sole exiccentur.

Utuntur Medici Pillulis istis in dolore capitis, in humoribus contumacibus, & præcipue ad purgandum morbum gallicum.

**PILLULÆ ALEPHANGINA.**

**T**RADITUR à Mesue hæc massa Pillularum in suo Antidotario, & est, quæ sequitur;

**R.** Cinnamomi. ———  
 Cubebz. ———  
 Ligni Aloes. ———  
 Calami aromatici. ———  
 Macis. ———  
 Nucis Muschatæ. ———  
 Cardamomi. ——— añ. vnc. j.  
 Caryophyllorum. ———  
 Asari. ———  
 Mastiches. ———  
 Schœnanthi. ———

Spī;

*Vsus Pillularum de Elleboro.*

*Pillulæ Alephangina.*



Spicæ Nardi. \_\_\_\_\_  
Carpobalsami. \_\_\_\_\_

Absinthii sicci. \_\_\_\_\_  
Rosarum. \_\_\_\_\_ } añ. 3. v.

Terantur, & coquantur in xj. libris aquæ, quousque consumptæ, sint duæ partes; exprimantur, & colentur, tunc accipe

Aloes optimæ. \_\_\_\_\_ lib. j.

Lava sepe in vase terreo vitreato cum aqua pluviali. Sicca, ipsi affunde ex decocto prædicto circiter libras duas, soli expone; deinde adde;

Myrrhæ. \_\_\_\_\_ | añ. 3. v.

Mastiches. \_\_\_\_\_

Croci. \_\_\_\_\_ 3. iij.

Tere, curiose prædicti decocti reliquum ipsis affunde, & sole siccetur massa. Æstate sunt parandæ Pillulæ Alephanginæ in diebus canicularibus vt promptius siccetur Aloe.

De modo parandi has Pillulas egimus superius in Syrupo de Fumoterra composito. Sed non erit alienum à ratione addere modum componendi ipsas; & erit; vt omnia simplicia in libras quatuor aquæ infundantur per noctem, & vnico fervore coquantur: & cum colata fuerint, in reliquis libris octo aquæ coquantur, sicque ex decoctione posteriori, & prioris infusioni perfecta materies ad istas Pillulas servabitur, ita, vt vtraque facultas tam tenuior, quam etiam terrestrior in ipsis Pillulis conservetur.

Vtuntur Medici his Pillulis ad mundificandum ventriculum, cerebrum, et instrumenta sensuum, ab humoribus crassis, et putridis. Valent etiam ad corroborandum stomachum; iuvant enim coctionem, et digestionem procurant.

### PILLULÆ AD PURGANDOS Menses.

Varie sunt descriptiones harum Pillularum, & varius modus componendi; sed, præstan-

tior est ex omnibus, quem in vsu tenemus, vt sequitur;

**R.** Limaturæ calybis lib. j. infundatur in acetum acerrimum, & tandiu acetum immutetur usque ad vltimam attenuationem limaturæ; & cum exiccata fuerit, supra porphyrum lapidem aceto præparatur, & sic tenuissima limatura redditur.

*Pillula de limatura Calybis.*

Ex hac limatura sic optime præparata accipe vnc. j. vel duas, aut quantitatem, quam volueris, & cum Antidoto Emagogo, & Antidoto Mitridatis fiant Pillulæ ad formam pipæris.

Quoniam nullam substantiam lentam recipiunt Pillulæ ad purgandos menses, proinde paululum Gummi Tragacanthi est addendū, vt commodius etiam possint formari.

Vtuntur Medici his Pillulis, & eas mulieribus frequentissimo vsu singulis diebus decem, aut duodecim ad quantitatem vnciæ vnus mane exhibent. Et cum acceptæ sunt dictæ Pillulæ, quandiu, & quoties oportet, accidit mulieribus roseus color in facie, qui antea in ipsis squalidus; & terreus, aparebat.

*Vsus Pillularum de limatura Calybis.*

### DE TROCHISCIS.

**V**LTIMA medicamentorum forma ex his, quæ per os summuntur, vocatur Trochisci, quod nomen impositum fuit propter similitudinē, quæ cum rota currus reperitur.

Materia Trochiscorum fere eadem est cum ea, quam proposuimus fuisse Pillularum, frequentissime tamen succus, aut liquor fluidus materia est Trochiscorum cum quo liquore, aut succo varia medicamenta in pulverem redacta excipiuntur, & formantur. Et quemadmodum variaz sunt differentie Pillularum sic, & variaz species Trochiscorum reperiuntur; alii enim sunt Trochisci purgantes,

*Trochiscus unde dicitur, et quæ sit eius materia.*

*Trochiscorum differentie.*

alii

*Vsus Pillularum Alephanginarum.*



alii aromatici dicti odoriferi, & roborantes, alii contemperantes, alii phlegmones cohibentes, de quibus omnibus sigillatim agemus, & primo loco de Trochiscis purgantibus. Sed quamvis varii Trochisci purgantes parari possunt, nostræ tamen officinæ unicam illorum differentiam, sive speciem tantum servant. Cuius forma est, quæ sequitur.

### DE TROCHISCIS DE Alhandal.

**H**I Trochisci parantur ex Mesue sententia hac ratione;

*Trochisci de Alhandal Mesue*  
**R**. Pulpæ Colocynthis albæ, & a seminibus purgata — vnc. x  
 Incindatur minutissime forficibus, & cum vncia vna olei rosati fricetur; quo facto accipe,  
 Gummi Tragacanthi. —————  
 Gummi Arabici. —————  
 Gummi Bdellii. —————

añ. 3. vj.

*Modus cōficiendi.*  
 Mixtis his tribus infundantur in aquam rosatam per quatuor dies, et cum vna parte glutinis eorum permiscebis Colocynthidem, & fiant Trochisci, et siccentur in umbra, et cum exiccati fuerint, iterum terantur, et cum reliqua parte glutinis formentur.

*Colocynthis in Trochiscis de Alhandal de cē vncias, et nō drachmas imponendas esse rationibus confirmatur.*  
 Magna fuit, atque nunc est in ratione conficiendorum Trochiscorum inter doctos homines controversia de quantitate pulpæ Colocynthidis. Sunt enim, qui defendant esse conficiendos cum decem drachmis pulpæ Colocynthidis; sunt qui decem vncias admittant. Ut hanc controversiam in medio tollamus, & quid in tanta opinionum varietate tenendum sit, aliquando tādē innotescat, tria potissimum erunt observanda. Primum pertinet ad olei rosacei quantitatem, secundum ad Trochiscorum formationem cum his, quas nos mucilagines, aut glutina appellamus, Gummi Tragacanthi, Arabici, & Bdellii, ter-

tium ad quantitatem medicamentorum corrigentium, quæ interservire debent pulpæ Colocynthidis. Atque ut singula suo ordine prosequamur, dicimus longe à veritate ab esse, qui affirmant rationibus quidem frivolis, posse decem drachmis Colocynthidis imbibi vnciam vnam olei rosacei. Id quod experientia ipsa declarat, seque inani labore conficiat, qui id se assecuturum vlla ratione confidat. Quod si dicant per exiguam esse olei rosacei quantitatem, nec sufficere posse decem Colocynthidis vncijs, respondemus Mesuem non ea sola olei rosacei quantitate præparare illam, sed humidam efficere voluisse, ad formando vna cū mucilagine Trochiscos. Deinde dicimus ad exprimendam mucilaginem, sive glutinam ex triplici illo Gummi Tragacanthi, Arabici, & Bdellii (etiam si certa quædam sit regula destinata aquæ quantitati, quæ infundenda est, ad extrahendam mucilaginem, ut Silvius ait, horum, inquit vncias tres aquæ calidæ libra vna macerabis) certam servari regulam non posse, et præcipue in gummi Tragacanthi. Est siquidem vsque adeo spissum, et glutinosum, ut multo maiorem, quam reliqua simplicia, requiratur quantitatem, ut acute, et prudenter idem Sylvius in sua Pharmacoepia observabit, scribens; ex drachma vna gummi Tragacanthi posse vncias tres, quatuor, et plures mucilaginis extrahi. Itaque prædicta gummi quantitas, ad efficiendam egregiam mucilaginem erit ad minimum aquæ rosaceæ integra libra necessaria. Vnde summa quædam difficultas, et incommodum consequetur, nimirum fieri non posse, quod Mesue præcepit. Vult enim, ut media parte mucilaginum primum Trochisci conficiantur; et ad umbram exiccantur; mox vero terantur exiccati, et denique cum altera glutinis parte iterum formentur. Vnde omnino fieret, ut si decem drachmis conficerentur, multum temporis consumeretur ante exiccationem

*Mucilagines quæ Aquæ quantitate cōmuniter extrahantur.*



nem, ita, vt altera mucilaginis pars vim suam, et proprietatem amitteret exiccata, aut certe corrumpetur.

Tertio dicimus, si formari possent, quod superius docuimus fieri nulla ratione posse, vna cum dicta iam glutinis quantitate tales exituros Trochiscos, vt Trochisci potius gummi, quam Colocynthidis, appellari possent, futuroque parum, aut nihil efficaces ad eos effectus ad quos fiunt, cum tanta sit corrigentium medicamentorum quantitas, & copia, si ad decem drachmas, decem & ocho drachmæ gummi adderentur. Dicimus ergo imponendas esse decem vncias pulpæ Colocynthidis, & non decem drachmas. Hæc nostra sententia mirifice confirmatur accurate diligenterque consulto vetustissimo codice Arabico, vt decem vncias habet Mesue. Id quod innuit Sylvius in Commentariis in eandem Mesuem, vbi allata Scheda horum trochiscorum, in ipsa quidem Scheda decem drachmas, in margine vero libri decem vncias expressit, addito asterisco, siue cruce, quasi vellet significare corruptam esse Schedulam, & inepte traductam, latinam ve factam, cum vetustissimus codex Arabicus non decem drachmas, sed vncias contineat.

*Trochisci  
Alhandal  
vtrum in  
compositio-  
nibus po-  
nendi sint  
loco Colo-  
cynthidis.*

Sublata, aut certe declarata superiore difficultate, alia sese maior offerat quæstio olim inter Medicos, & Pharmacopolas; & nunc etiam Cæsaraugustæ agitata clamoribus; vtrumque Trochisci constituendi sint in compositionibus, vbi scriptores nominant pulpam Colocynthidis, pro ipsa Colocynthide, an per se solam Colocynthidem. Nec tamen conicere possumus, quid sequantur, qui velint ponendos esse Trochiscos in omnibus compositionibus, cum videamus, cum Mesue vult Trochiscos de Alhandal nominatim illos appellare, vt facit in compositione Hieræ Hermetis, & Pillulis de Alhandal, quin etiam in tractatu de ægri tudinibus colleræ, & phlegmatis. Vbi adfert

Pillulas Rufi, & eodem in tractatu alias Pillulas de Alchindus, & multis alijs in locis. Vnde infertur non esse collocandos Trochiscos, quotiescumque, illos non nominat; quando cum illis indiget, ducitque necessarios, vsurpat illos; cum vero illis non est, nequaquam exprimat, sed ita habeat; pulpa Colocynthidis, &c. liquido apparet in alia compositione Hieræ Hermetis, quam commemorat in simplicibus capite de Lupo, vbi nominat pulpam Colocynthidis, & non Trochiscos, vt habet in alia. In Antidotario, vbi agit de Pillulis aggregatis, nominatim appellat Scamoneam coctam in pomo, seu malo citoneo. Profecto si intellexisset Colocynthidem in Trochiscis, eam nominasset; idemque fecisset in Pillulis de Colocynthide in scetidis, & alijs. Quin etiam in tractatu de ægri tudinibus capitis, cerebri, & nervorum, multis in compositionibus, quas adfert sic segerit, vt in quibusdam Trochiscos nominet, in alijs non item.

Ad hæc observandum est, Colocynthidem vulgo exhiberi ad evacuandum phlegma, & humores viscidos, illos ex remotis, profundisque partibus extrahendo: cui vsui si adhiberetur præparata, primum trita ipso vna cum oleo rosaceo, & formata in Trochiscos de Alhandal, denique mixtione simplicium, quæ in compositionem ingrediuntur; quod quidem esset ter illam præparare, nulla ratione efficax esset ad suos effectus, quod nimis eius vis esset debilitata, & compressa, vt requiritur in Alopecia, & ophiasis. Id docuit Galenus in libro de remedijs paratu facilibus, cap. de Alopecia, & ophiasis, vbi commemorat Pillulas cochias, quæ constat medulla Colocynthidis vnica tantum parte, Aloes, & Scamonii duplici parte, & succo Absinthii vnica parte: excipiantur hæc omnia succo pomorum. Non quod ignoraret Colocynthidis præparationem cum comixtione multiplicis gummi, vt aperte refert primo lib. de compositione

*Colocyn-  
thidis vs.*



*Pillulae  
chia Gale  
ni.*

Pharmacorum secundum locos, cap. 2. de Alopecia, caluitie, & ophiassi, ubi adfert eandem Schedullam Pillularum, quas superius nominavimus, ijs verbis; habent enim catapotia hæc Colocynthidis partem vnam Aloes, Scamonii vtriusque partes duas. His ergo vnam partem succi Absinthij misceo, antea vero Mastichem, & Bdelium adieci, hoc enim modo Quintus utebatur; verum propter quid ea reiecerim, post ea alio sermone explicabitur, quem in compositionibus purgantium Pharmacorum libris recenset. Itaque de sententia Galeni aperte constat non esse admittendam in omnibus affectibus præparatam, cum dicas se reicere prædicta gummi ob causas, quas aliis in locis recenset. Quod si, qui aliter sentiunt, nituntur illis verbis Mesue, nimirum; sunt qui ponuntur in Hiera Hermetis, & in alis confectionibus loco Colocynthidis, egregie falluntur. Nã si hæc verba accurate perpendant, agnoscent Mesuem dicere in aliis, & non in omnibus, id est, in aliis compositionibus, in quibus adfert Trochiscos de Alhandal, ponantur prædicti Trochisci, non autem illi, quos nominat in tractatu simplicium in cap. proprio Colocynthidum; ubi commemorat alia genera Trochiscorum ex Colocynthide, minorum cum Mastiche, gallia, aliisque rebus. Stet ergo hoc in primis, & nunquam excidat, ubicumque reperiuntur hæc verba; Pulpæ Colocynthidis, aut Colocynthidis, aut medulla, solam Colocynthidam adhibendam esse ultimo tritam cum oleo rosaceo, non autem trochiscos: Nisi Medicus id dissertis verbis expresserit.

*Vsus Trochiscorum  
de Alhandal.*

Vtuntur Medici his Trochiscis ad evacuandos crassos, & viscidos humores, ex his namque permixtis cum Hiera lagadii, & aliis parant Enemata acria, vt in paralisi, convulsione, Apoplexia, & similibus affectibus, tum etiam cum pulvere Hieræ dia Colocynthidis, aut Hieræ lagadii, vel Hieræ compositæ, &

Benedictæ parant suppositoria ad eosdem affectus.

## DE TROCHISCIS FLUXIONEM SEDANTIBVS.

### DE TROCHISCIS de Berberis.

**D**esumitur descriptio horum Trochiscorum ex Mesue Antidotario, in quo duæ illorū descriptiones reperiuntur. Sed in vsu est, quæ sequitur;

**R.** Granorū Berberis, |  
vel succi eorum. - |  
Succi Liquiritiæ. | añ. 3. iij.  
Seminis Portulacæ. |  
Spodii. \_\_\_\_\_

*Trochisci  
de Berberis  
Mesue*

Rosarum. \_\_\_\_\_ 3. vj.

Spicæ. \_\_\_\_\_

Croci. \_\_\_\_\_

Anisi. \_\_\_\_\_ añ. 3. j.

Tragacanthi. \_\_\_\_\_

Seminis Citruli. \_\_\_\_\_ 3. iij. β.

Camphoræ. \_\_\_\_\_ 3. β.

Formentur Trochisci cum Manna.

Mesues hos Trochiscos cum Manna format sine aliquo humore; revera tamen cum Manna sola non poterunt formari; & ita nos cum aqua rosata diluenda esse censemus; cum Trochiscos de Berberis, sub alia descriptione traditos à Mes. idem cum aqua rosarum formet. Et cum ipse Mesues non assignet quantitatem Mannæ ad hos Trochiscos formandos, sufficiens quantitas erit, si drachmæ sex Mannæ cum vncia vna aquæ rosatæ imponantur.

*Modus  
coficiendi.*

Omnes Trochisci in subtilissimam substantiam sunt reducendi; & ita non erit opus in vna quaque Schedulla, tradere modum trituræ illorum.

*Trochiscorum  
trituræ.*

Utun



*Ufus Trochiscorum de Berberis.*

Vtuntur Medici his Trochiscis ad contemperandum calorem, & modice fluxionem cohibendam.

## DE TROCHISCIS DE Spodio cum Semine Acetosa.

**D**VÆ descriptiones sunt apud Mesuem horum Trochiscorum: sub vna vocantur Trochisci de Spodio simpliciter, & sub alia de Spodio cum semine Acetosa. Sed cum tantum sit in vsu hæc, quæ à nobis adfertur, ideo illius Schedula est, vt sequitur;

*Trochisci de Spodio cum semine Acetosa.*

**Rx.** Rosarum. ————— ʒ. xij.  
 Spodii. ————— ʒ. x.  
 Seminis Acetosæ. ————— ʒ. vj.  
 Seminis Portulacæ. —————  
 Seminis Coriandri præparati, & torrefacti. ————— añ. ʒ. ij. β.  
 Pulpe Sumach. —————  
 Amyli afsi. —————  
 Balauftiorum ————— añ. ʒ. ij.  
 Seminis Berberis. —————  
 Gummi Arabici afsi. ————— ʒ. j. β.  
 Cum succo Agreste; formentur Trochisci.

*Pulpa Sumach quid*

Pro pulpa Sumach intellige partem externam seminis; interna enim potius ossea est, quam pulposa.

*Ufus Trochiscorum de Spodio*

Vtuntur Medici his Trochiscis ad eisdem affectus, ad quos docuimus valere Trochiscos de Berberis explicatos; Et præterea ad sitim extinguendam, & ad ventriculi, & hepatis inflammationem.

## DE TROCHISCIS DE Carabe.

**A**B eodem Mesue parantur hi Trochisci hac ratione;

*Trochisci de Carabe Mesue.*

**Rx.** Succini, idest, Carabe aureos. vj  
 Cornu cervi vsti. ————  
 Gummi Arabici vsti. ————  
 Acaciæ. ————

Coralli vsti.  
 Gummi Tragacanthi.  
 Hypocistidis. ————— añ.  
 Balauftiorum.  
 Mastiches.  
 Cancami, idest, gummi Laccæ.  
 Seminis papaveris nigri affati. —————

aureos. ij.

Croci. —————  
 Thuris. ————— añ.  
 Opii. —————

aureum. j. β.

Fac Trochiscos drachmæ vnus, cū mucilagine Psyllii.

Vtuntur Medici his Trochiscis ad quasumque fluxiones sistendas, siue vteri, siue hepatis, siue pulmonis; sunt enim valde efficaces hi Trochisci ad prædictos affectus; tum etiam vtuntur Medici in dysenteriis, & diarrheis contumacibus.

*Ufus Trochiscorum de Carabe*

## TROCHISCI DE Terra Sigillata.

**P**arantur ab eodem Mesue isti Trochisci, hoc modo;

**Rx.** Sanguinis draconis. ————  
 Gummi Arabici afsi.  
 Trochiscorum Ramich.  
 Foliorum Rosarum.  
 Seminis Rosarum.  
 Amyli afsi.  
 Spodii.  
 Acaciæ.  
 Hypocistidis.  
 Lapidis hæmatitis.  
 Euphistidos. ————— añ.  
 Balauftiorum.  
 Boli armeni.  
 Terræ sigillatæ.  
 Sedenegi.  
 Coralli rubri.  
 Carabe. —————

*Trochisci de terra sigillata Mesue.*

3. ij.

Margaritarum. —————  
 Tragacanthi. ————— añ.  
 Seminis Papaveris nigri. ————

3. ij. β.

Seminis Portulacæ afsi. ————  
 Cornu cervi vsti.



Thuris.	3. ij.
Gallarum.	
Croci.	

Semel ferve fiant Rosa, & granorum Myrti cum succo Acetosæ; cola, his immisce.

Gallarum recentium, & humidarum, curiola tritarum. — vnc. iij.

Coquantur iterum modice; deinde pulveriza super illud

Foliorum rosarum. — vnc. j.

Santali citrini. — vnc. j. 3. ij.

Gummi Atabici. — vnc. j. 3. ij.

Carnis Sumach. — | añ. 3. viij.

Spodii. — | añ. 3. viij.

Succi Agrestæ. — 3. viij.

Succi granatorum Myrti tritorum tritu ultimo. — vnc. iij.

Ligni Aloes. — | añ. 3. iij.

Cariophyllorum. — | añ. 3. iij.

Macis. — | añ. 3. iij.

Nucis Moscata. — | añ. 3. iij.

Misceantur omnia simul, & extendantur in scutella vitreata quouique siccentur; tunc minutissime terantur: & adde

Camphoræ. — 3. j. 3.

Aquæ Rosarum q. s. fiant Trochisci.

Vtuntur Medici his Trochiscis ad roborandum cor, ventriculum, hepatis; habent enim insignem vim roborandi, & astringendi; & ita acrimoniam fluxionum sistunt.

Vsus Trochiscorum Ramich.

Sedenegi quid.

Cum aqua Plantaginis formentur Trochisci.

Ad hos Trochiscos parandos obseruaberis dictionem illam Arabicam Sedenegi in his Trochiscis significare semen Cannabis, quamquam aliis placuit semen Fumiterræ; in aliis namque compositionibus prædicta vox lapidem hæmatitem significat. Quia tamen recipiunt hi Trochisci lapidem hæmatitem; proinde non possumus modo ipsum hac voce intelligere. Hæc enim vox Sedenegi omonima est; & hinc varia significat.

Euphisticos quid, & loco eius quid substitui possit.

De Euphisticos non est illud præternittendum, credidisse multos non esse legendum hoc medicamentum; sed erroris Typographi additum fuisse; & sic Iacobus Sylvius adfert Schematam horum Trochiscorum absque hoc medicamento; quod maximæ admirationis est cum ipse Mesues in suo de ægitudinibus pectoris, & pulmonis, & de fluxu sanguinis ab ore, adferat varias compositiones, in quibus imponit Euphisticos, & in aliis Hipocisticos, tum etiam simul Euphisticos, & Hipocisticos. Est autem Euphisticos succus herbæ Barbæ hirci, de qua herba Dioscorides agit. Quæ si ad manum non sit, potest loco illius imponi succus aliquantulum incrassatus citoniorum dulcium, qualia mala ex oppido, vulgo de las Enovas dicto, ad nos asportari solent.

DE TROCHISCIS Ramich.

Horum Trochiscorum descriptio desumitur ab eodem Mesue, & sic habet;

Trochisci Ramich Mesue.

R <sup>x</sup>	Succi Acerosæ. — vnc. xvj.
	Rosarum. — vnc. j.
	Baccarum Myrti. — vnc. ij.

DE TROCHISCIS

Odoriferis, & Aromaticis.

TROCHISCI Gallia Moscata.

Varia descriptiones Gallia scribuntur ab auctoribus, sed eas, quæ in nostris officinis seruantur, tantum proponemus. Et primo loco se offert hæc, quæ cognomine Gallia Moschata vocatur. Cuius auctorem Mesuem habemus in Antidotario; cuius descriptio est;

Lig.



Trochisci  
Gall. Mos-  
chatæ Me-  
sues.

**R**. Ligni Aloes crudi. — seru. v.  
Ambræ. — — — — — serup. iij.  
Moschi. — — — — — seru. j.  
Cum glutine Tragacanthi, parato  
cum aqua Rosarum; formentur Tro-  
chisci.

Vsus Tro-  
chiscorum  
Gal. Mos-  
chatæ.

Vtuntur Medici his Trochiscis ad  
roborandum cor, cerebrum, & reli-  
quas partes corporis; parantur etiam  
ex his Trochiscis emplastra pro ma-  
trice, & cum felici successu. Fiunt  
enim emplastra cum emplastro Sto-  
maticonis confortativi, & aliis, cum  
eminentia in medio parata ex hac  
gallia Mesues. Frequentissime etiam  
ingrediuntur hi Trochisci plurimas  
Mesue compositiones, quæ parantur  
ad prædictos affectus, quales sunt  
Diamoschus dulcis, & similes. Vnde  
hæc Gallia moscata, est accipienda,  
cum compositio habeat auctorem Me-  
sue. Paratur enim alia Gallia mos-  
cata à Nicolao, de qua inferius.

## DE TROCHISCIS Gallia Alephanguina.

**E**X Antidotario Mesues paran-  
tur hi Trochisci; quorum hæc  
est descriptio;

Trochisci  
Gallie A-  
lephangi-  
næ Mesue

**R**. Myrobalanorum Emblico-  
rum. — — — — — vnc. iij.  
Conquasentur maxime, & in  
vase vitreo probe cooperto, per tri-  
dium macerentur cum libra dimidia  
aquæ rosatæ, in quam prius rosæ sic-  
cæ, & cortices Citri sint immersi, in-  
fusique; deinde aquæ rosatæ prædictæ  
infusionis vncias quatuor præter eã  
immitte; & post triduum tantundẽ,  
donec Emblicorum virtus in aquis  
sit impressa, tunc accipe  
Ligni Aloes. — — — — — 3. viij.  
Ramich. — — — — — vnc. jss.  
Rosarum. — — — — — | aña. 3. x.  
Caryophyllorum. — — — — — |  
Spicæ Indæ. — — — — — 3. iij.  
Santali Citrini. — — — — — 3. iij.  
Gummi Arabici. — — — — — 3. vj.

Tere tenuissimè, & cum prædicta  
infusione Emblicorum paulatim ad-  
iecta misce; & finge Trochiscos; sigil-  
la, & aromatiza cum.  
Camphoræ. — — — — — | aña. 3. j.  
Moschi. — — — — — | 3. ij.  
Ambræ. — — — — — 3. ij.  
Fiant Trochisci.

Raro vtuntur Medici his Trochif-  
cis. Sunt tamen facultate multum  
efficaces, ad roborandum ventricu-  
lum, cor, cerebrum, hepar, & reli-  
quas partes nutrientes.

Vsus Tro-  
chiscorum  
Gallie A-  
lephanginæ

## DE TROCHISCIS Gallie Moschatæ Nicolai.

**A**Nicolao Salernitano ex suo  
Antidotario desumimus hos  
Trochiscos; & Scheda est,  
quæ sequitur.

**R**. Mastiches. — — — — — vnc. ij. Trochisci  
Gallie  
Gummi Arabici. — — — — — vnc. j. moschatæ  
Camphoræ. — — — — — seru. j. Nicolai.

Terantur subtilissimè hæc omnia,  
& cribro transmittantur, & Trochif-  
ci inde fiant cum aqua rosarum, &  
exiccantur ad umbram; & cum desic-  
cati fuerint, terantur subtilissime,  
& misceantur cum iij. vncia olei  
Sambacini bulliti, & colati ad di-  
mum; deinde misce cum speciebus  
istis bene tritis

Cinamomi. — — — — — |  
Caryophyllorum. — — — — — aña. | vnc. jss.  
Nucis Moschatæ. — — — — —

Ex quibus omnibus mixtis, & be-  
ne manibus attritatis, siue malaxa-  
tis fiant Trochisci sigillo sigillati,  
qui iungantur cum Moscho diluto  
in aqua rosarum, & reponantur in  
vase.

Licet, Nicolaus paret hos Trochif-  
cos, sed id sine discrimine facit. Nos  
autem præstantiorem modum formã-  
di assignamus, & erit, vt Mastiches  
sit nitida ab omni forde, et alba, quæ  
cum dimidia drachma olei Sambaci-

Ratio con-  
ficiendi.



ni, quę sufficiens erit, diluatur Mastiche, & post dissolutionem, reliqua simplicia in subtilissimum pulverem redacta immisceantur, & fiant Trochisci sigillo sigillati; deinde ponatur Moschus cum vncia vna aque rosate dilutus; & vngantur Trochisci, vsque dū tota aqua imponatur; & post exiccationem seruentur.

*Olei Sambucini* quibus multa observatione digna; Et primo loco illud in observationem venit, remaneat perperam multos existimasse Nicolaum accipere vnc. iiii. olei predicti; Nicolaus, hos fefellit numerus, quod describuntur vncię. Nam per lineas, non per litteras depingunt Impressores huius olei quantitatem. Hinc cum quatuor reperiantur lineę, quę omnes complent numerum quaternariū; proinde legunt hi cum quatuor vnciis olei Sambucini. Falluntur tamē; cum potius legendum sit, cum quarta vncię: nam in presenti descriptione proponit Nicolaus numerum ipsi figurę vncię, quod nequaquam consuevit in reliquis omnibus Schedulis, ab ipso traditis. Nam semper habet. ꝛ. Verbi gratia Cinnamomi, Caryophyllorum, &c. ana. vnc. ꝑ. immo in hac eadem Scheda, dum connumerat reliqua simplicia medicamenta, proponit vnc. 3. vel alterius ponderis figura, numero, qui deinde sequetur. Dum verba facit de hoc oleo, preponit, vt dictum est, numerum ipsius vnc.

Est & aliud dubium circa illa verba. quibus agit de oleo predicto; habet enim; bulliti, & colati ad medullam. Ad quę explicanda multa diluti, & co dixerunt maiores nostri; & multa lati hæc nunc satis inepta dicuntur a recentioribus. Dubitatur enim, qua ratione possit oleum decoqui ad consumptionem medii, cum oleum ex sua natura, vt ex 4. Metho. constat, sit ex cremabilibus, hinc existimant decoquendum esse hoc oleum ad consumptionem dimidię partis humiditatis in floribus existentis; sed hi tradant rationem, qua possimus intelli-

gere dimidiam quantitatem predictę humiditatis esse absumptam. Reuera enim tantum abest, vt hoc sit certum, vt etiam impossibile existimetur. Sed brevis summa, vera interpretatio est hæc; Conlueuisse Nicolaum olea parare per ignis coctionem, & vas continens oleum ponere intra aliud appellatum caldarium, aqua fontana plenum, & deinde coquere oleum ex floribus paratum, sic expositum ad consumptionem certę quantitatis aque existentis in caldario. Et ita dicimus illam medietatis consumptionem intelligendam esse de aqua, in qua oleum decoquitur, & non de humiditate florum, nec de ipso oleo. Hac ratione parat ipse Nicolaus oleum rosatum in suo Antidotario, cum inquit; in duabus libris olei communis, & ad nostram doctrinam abluti, libra vna, & media viridium rosarum aliquantulum contusarum ponatur in olla plena, in caldario pleno aqua suspenso, & tandem bulliat, quousque ad tertiam partem redigatur, quod demum in album pannum lini immisum, torculari exprimatur, & liquor reseruetur. Eodem modo fit Sambucinum, Violaceum, & Myrtinum oleum, hæc ille. Quę verba non parum obscura nobis videntur, cum oleum, & rosas in olla plena imponat; deinde precipiat, vt in caldario pleno aque oleum coquatur; ex qua coctione duo incommoda sequuntur, primum si vas continens oleum, & rosas, sit plenum, vt ipse precipit, in primis fervoribus caldarii totum oleum effundetur secundum in quantitate aque ad caldarium, non assignat quantitatem aque ad coctionem. Nam alius decem, alius viginti libras aque, poterit imponere, cum non assignaret certam quantitatem aque, & ex consequenti certa quantitas aque ad consumptionem assignari non potest. Nos autem, vt oleum recta cum ratione paratur, sic faciendum censemus, vt oleum, & rosę in olla nova imponantur, ita vt non sit plenum vas, & in vase arco,

*Oleum rosatum Nicolai.*



sive caldario aquæ tamdiu coquantur, donec fere humiditas florum absumpta sit, & hæc erit optima præparatio oleorum à Nicolao tradita; & sic oleum Sambucinum est parandum ad hos Trochiscos.

*Sambucinum, vel Sambucinum oleum Legi possimus.*  
Deinde vrgit alia dubitatio; num sit legendum oleum Sambacinum, an Sambucinum. Sunt enim hæc tres voces admodum affines, Sambucus, Sampfuchus, & Sambacus, quarum prima significat arborem illam omnibus notam à nobis vocatam Saucum, media plantam illam vocatam Maioranam, & à nobis Moradux, tertia vero illam omnibus notum, florem odoriferum, quem vulgus vocat Iazmin. Sed sive accipias oleum Sambucinum, vel Sambacinum, vtrumque acomodatum est viribus horum Trochiscorum.

*Moschi quantitas sufficiens ad hos gallicæ Trochiscos parandos.*  
Ultima dubitatio nascitur ex quantitate Moschi: dubitant enim multi, quæ nam quantitas Moschi sit accipienda ad hos Trochiscos formandos. Sunt, qui grana quatuor, sunt, qui duo, sunt, qui sex pro arbitrio sumenda contendunt. Reuera tamen certa quantitas desumenda est ex Trochiscis præcedentibus, qui de Aipta moschata vocantur. Vnde computando quantitatem Trochiscorum de Aipta, & facta proportione, cum quantitate Trochiscorum Gallicæ moschata, brevi labore intelliget quis non imperitus, quæ moschi quantitas sit accipienda; quæ legitima erit, si in vnaquaque Scheda misceantur grana sex.

*Vsus Trochiscorum gallicæ Nicolai.*  
Varii sunt horum Trochiscorum vsus. Imprimis ingrediuntur varias alias compositiones, vt Electuarium illud celebre dia Rhodon abbatis Nicolai; ac proinde quotiescumque in Schedulis Nicolai invenitur Gallia moschata, hæc præsens est accipienda. Vtuntur etiam his Trochiscis Medici in parandis emplastris pro matrice, interdum ipsis soljs, vt ꝛ. Trochiscorum Gallicæ moschata Nicolai 3. duas. Fiat Emplastrum ad formam volæ manus cum eminentia in

medio, quæ aromatizetur cum tribus, aut quatuor granis Moschi; tum etiam pro affectibus matricis ad ipsam corroborandam, & flatus discutandos. Parant suffimenta iniectis his Trochiscis super carbones ignitos, vel parant vapores, vt iniectis his Trochiscis intra aquam ferventem supra ignem existentem, quorum vapor deinde recipiendus per vterum est. Sed aquæ, in quas iniectiuntur hi Trochisci, oportet, vt parentur, ex rebus odoriferis, & calidis. Hinc aqua, quæ paratur ex floribus lillii albi, Rosæ moschetæ dictæ, ex floribus citranguli, ex flore Sambacino, ex floribus Betonicæ coronariæ, vulgo claveles, Ambra, Moscho, Zibetto, vulgo Algalia, quam aquam, sic compositam vulgo vocat Aqua de Angeles, optima erit ad hos Trochiscos diluendos pro affectibus explicatis.

*Aqua ex rebus odoriferis præparata.*

## DE TROCHISCIS

*Aipta moschata.*

**I**dem Nicolaus adfert horum Trochiscorum descriptionem, quæ sic exponitur.

Ladani deputati. — vnc. iij.  
ꝛ. Styracis Calamitæ. — vnc. j. ß.  
Styracis rubræ. — vnc. j.  
Ligni Aloes. — 3. ij. *Trochisci*  
Ambra. — 3. j. *alipiamos*  
Camphoræ. — 3. ß. *chata Nicolai.*  
Moschi. — scrup. ß.

Quæ redigenda sunt in pulverem, redigantur; & cum Ladano deputato in massam excipiantur; quæ deinde madescat cum aqua rosarum, in qua dissolutus fuerit Moscus; ac tandem formentur Trochisci; ad umbram efficcantur, & reponantur in vase vitreo.

*Modus cõficiendi.*

Ad hos Trochiscos parandos observandum est Ladanum esse diluendum cum vino. Modus vero dissolutionis hic est; Infunditur Ladanum

*Ladani depuratio.*



contusum in vinum rubrum per sex horas; deinde igni exponitur vtrumque ad fervefactionem; tunc effunditur paulatim vinum in aliud vas, & deinde super Ladanum, quod remanet, additur alia vini portio, & eodē modo post fervefactionem effunditur in vas, quod continet priorem quantitatem vini, & hoc toties repetitur, donec substantia pinguis ipsius Ladani transeat in vinum, substantia vero arenosa remaneat in eo vase, in quo factę fuerint tot propositę coctiones: ad id enim dissolvitur Ladanum, vt scilicet, à substantia utili, & pingui pars arenosa separetur: constat enim Ladanum maxima arenę quantitate, aut iniectę de industria, quod magis credendum est, aut quia adheret ipsi plantę, quę nascitur in locis maritimis, & arenosis, vel in aliis non dissimilibus. Dissolvitur, & depuratur Ladanum vino, & non alio liquore, quia vinum magis accomodatū est, naturę, & facultati Ladani.

*Vsus Trochiscorū  
Aliptę  
moschatę*

Vsus horum Trochiscorum non est multum frequens; quandoque tamen ex ipsis parantur Emplastra, modo explicato, pro matrici. Possunt etiam parari suffimenta, & vapores ex his Trochiscis in vteri affectibus, & in cerebri malis, ad ipsam roborandum, & exsiccandum, vt factis necessariis evacuationibus in Apoplexia, & similibus affectibus.

### DE TROCHISCIS apatientibus.

**E**X his Trochiscis alii servantur in officinis, quia ipsis per se, vel cum aliis permixtis Medici vtuntur; alii vero parantur, quia ingrediuntur alias medicamentorum compositiones. Trochisci ex iis, quia primo loco veniunt explicandi, vocantur

dia Rhodon.

(†)

### DE TROCHISCIS dia Rhodon.

**H**I Trochisci parantur ex Mesue sententia hac ratione;

Rosarum.	_____	aureos. vj.	Trochisci dia Rhodon Mesue.
℞. Spicę Aromati-	_____	añ. aur. ij.	
cg.	_____		
Ligni Aloes.	_____		
Liquiritię.	_____	aureos ij.	
Spodii.	_____	aureum. j.	
Croci.	_____	aureum. ꝑ.	
Mastiches.	_____	3. ij.	

Trochisci formentur cum vino albo.

Vtuntur Medici his Trochiscis in febribus pituitosis, antiquis; habent enim facultatem temperandi, roborandi ventriculum, & modice incindendi, & coquendi; maiori tamen ex parte ingrediuntur alias compositiones.

*Vsus Trochiscorū  
dia Rhodon.*

### DE TROCHISCIS DE Rhabarbaro.

**A**B eodem Mesue parantur hi Trochisci hoc modo;

Rhabarbari.	_____	3. x.	Trochisci de Rhabarbaro Mesue.
℞. Succii Eupatorii.	_____	añ. 3. iij.	
Amygdalarum amararum.	_____		
Rosurum.	_____	3. iij.	
Spicę.	_____		
Anisi.	_____		
Rubcę tinctorum.	_____		
Seminis Apii.	_____	añ. 3. j.	
Absinthii.	_____		
Asari.	_____		

Formentur Trochisci pondere vnus aurei.

Ad hos Trochiscos formandos admittit liquorem Mesue; possunt tamen citra incommodum aliquod formari cum vino albo; pender id ex cognitione facultatis, propter quam parantur.

*Trochisci  
de Rhabarbaro  
vino albo  
excipi de-  
bent.*

tur.



*Vsus Trochiscorum de Rhabarbaro.* tur. Sunt enim optimi ad deobstruendum hepar, & frigidam eius intemperiem emendandam. Et ita felici cum successu vtuntur eis medici in hydrope affectis, ictericis, & in aliis in quibus actio hepatis est depravata. Nam præterquam quod humores incidunt, ac attenuant, per vrinam etiam valent biliosos evacuare: ac demum ipsam sanguinis officinam mirifice roborare.

## DE TROCHISCIS DE Eupatorio.

**S**chedula horum Trochiscorum ex Antidotario Ioannis Mesue desumitur hac ratione;

*Trochisci de Eupatorio Mesue*  
**Rx.** Manne. \_\_\_\_\_  
 Succi Eupatorii. \_\_\_\_\_ | añ. vnc. j.  
 Rosarum. \_\_\_\_\_ vnc. ß.  
 Spicæ. \_\_\_\_\_ 3. iij.

Rhabarbari. \_\_\_\_\_  
 Alari. \_\_\_\_\_ añ. | 3. ij.  
 Anisi. \_\_\_\_\_

Spodii. \_\_\_\_\_ 3. iij. ß.  
 Formentur Trochisci cū succo herbarum.

*Succus, ex quibus herbis fit extractus ad formam trochiscos.*

Herbarum nomine iure intelligimus quatuor illas plantas, ex quarum succo paratur Syrupus bifanthinus, scilicet, Lupulum Salictarium, Apium, Endiviam, & Borriginem: succi namque ex his plantis extracti, maxime respondent viribus, & facultatibus horum Trochiscorum.

*Vsus Trochiscorum de Eupatorio.*

Vtuntur Medici his Trochiscis in Hydrope affectis, & ictericis; profunt enim mirifice lienis, & hepatis tumoribus.

## DE TROCHISCIS DE Absinthio.

**I**dem Mesues adfert descriptionem horum Trochiscorum, & parantur sic;

**Rx.** Rosarum. \_\_\_\_\_  
 Absinthii. \_\_\_\_\_ añ. | 3. ij. *Trochiscus de Absinthio Mesue*  
 Anisi. \_\_\_\_\_

Rhabarbari. \_\_\_\_\_  
 Succi Eupatorii. \_\_\_\_\_  
 Alari. \_\_\_\_\_  
 Apii. \_\_\_\_\_ añ. | 3. j.  
 Amygdalarum amararum. \_\_\_\_\_  
 Spicæ. \_\_\_\_\_  
 Mastiches. \_\_\_\_\_  
 Foli. \_\_\_\_\_

Formentur Trochisci cum succo Endiviæ.

Vtuntur Medici his Trochiscis ad roborandum ventriculum, & hepatis; habent etiam facultatem deobstruendi vias earundem partium. *Vsus Trochiscorum de Absinthio.*

## DE TROCHISCIS DE Capparibus.

**A**B eodem Mesue parantur hi Trochisci; quorum est hæc Schemula;

**Rx.** Corticis Radicis Capparis. \_\_\_\_\_  
 paris. \_\_\_\_\_ añ. 3. vj. *Trochiscus de Capparibus Mesue*  
 Seminis Agneti casti. \_\_\_\_\_

Melanthii. \_\_\_\_\_  
 Calaminthæ. \_\_\_\_\_  
 Succi Eupatorii. \_\_\_\_\_  
 Acori. \_\_\_\_\_  
 Amygdalarum amararum. \_\_\_\_\_ añ. | 3. iij.  
 Seminis Nasturcii. \_\_\_\_\_  
 Ammoniaci. \_\_\_\_\_  
 Foliorum Rutæ. \_\_\_\_\_  
 Aristolochiæ rotundæ. \_\_\_\_\_

Cyper. \_\_\_\_\_ 3  
 Scolopendriæ. \_\_\_\_\_ 3 añ. 3. j.

Dissolvatur Ammoniacum cū aceto acerrimo, & reliqua cum eo excipiantur in pulverem redacta, in Trochiscorum formam.

Ad hos Trochiscos parandos pro Acoro accipienda est radix illa acris, *Acori substitutum.*

**R**

**&**



& multum Aromatica, quæ sub nomine Calami Aromatici in officinis circumfertur: perperam enim, & maximo egrotantium in commodo accipiunt nonnulli radicem illam maritimam, Typhe, scilicet, speciem, quam nostri Bovam appellant, & non solum in iis Trochiscis, verum etiam in aliis omnibus cõpositionibus, pro Acoro substituendus est Calamus Aromaticus.

*Vsus Trochiscorum de Capparibus.*  
 Utuntur Medici his Trochiscis ad de obstruendum Lienem; ad id enim validissimum medicamentum est, si quod aliud, & ideo in illius schyro appotissime utuntur. Valet præterea eiusdem par t̄is status discutere.

DE TROCHISCIS  
 Alkekengi.

**L**ICET à variis auct̄oribus varia sint humorem Trochiscorum descriptiones, illa tamen, vt præstantiõr, est in vsu, quæ desumitur ex Mesue Antidotario. Eius est Scheda hæc;

<i>Trochisci Alkekengi Mesue</i>	<b>Rx.</b> Granorum Alkekengi. --3. iij.	
	Seminis Citruli. ———	
	Seminis Albate- chæ. aña. } 3. iij. ß.	
	Seminis Cucurbitæ. ——— }	
	Boli Armeni. ———	} 3. vj.
	Thuris.	
	Sanguinis draconis.	
	Seminis Papaveris albi.	
	Amygdalarũ amararũ. añ.	
	Succi Liquiritiæ.	
	Tragacanthi, & Arabici.	
	Amyli.	} 3. ij.
	Pinearũ mundatarũ. ———	
	Seminis Apii. ———	} 3. ij.
	Carabæ.	
	Terræ sigillatæ.	
	Bolli. aña.	
	Hyosciami.	
	Opii. ———	

Formentur Trochisci cum aqua Mellis.

Non erit ab instituto nostro alienum, cum in nos Trochiscos ingrediuntur Bolus Armenius, & Bolus simpliciter, de illis hoc loco agere vna cum terra sigillata, quæ est eiusdem fere generis. Sic enim fiet, vt Pharmacopolę deinceps cautius incedant, nec turpiter cæcutiant in his tribus simplicibus, in quorum vsu incredibilis quædam fit varietas, & perniciosa à veritate aberratio. Atque, vt de Bolo Armenio prius agamus, mirum est perfectõ, & vix quisquam credat, quam varias Boli Armenii species, quam dissimiles Pharmacopolæ admiserint, & in vsum suum vsurparint. Alii enim vsi sunt Bolo Orientali, maxime rubro, pro vero, atque legitimo; alii certa quadam specie Boli rubri abluti, cuius est in Hispania non exigua copia, præcipue Xabæ, nomen oppidi est, in regno Valentino. Neutrum vero esse verum Bolum Armenium, facile colligitur ex omnibus fere scriptoribus. Verus siquidem Bolus Armenius debet esse pallidus, aut luteus, & præcipue in summum lavorem, calcis modo, soluitur pistillo. Itaque illo vti qui volet, eligat, necesse est, pallidum: hunc præsto esse, facileque parabilem, certissimum est, cum ipsa natura nobis produxerit Auanillæ, quæ est oppidum satis notum in regno Murcia; in quo licet omnes qualitates veri Boli Armenii depræhendere. Est enim levissimus, maxime palidus; linguam si illi admoveas, aut illum si comminas dentibus, percipies saporem plane iucundum, sed mire abstringentem, sine vllõ vestigio terrenæ substantiæ. Quare non est iam, quod Armeniam petamus, vt inde Bolum Armenium verum ad nos comportemus, cum apud vicinos eius magna copia suppetat, paruoque parari labore, ac sumptu possit.

*Bolus Armenius.*

*Bolus simpliciter.*

Super est nunc, vt agamus de Bolo simpliciter, qui gravissimum negotium per multis attulit, dum statuere, at-

que







Alia foetida.  
Sagapeni.  
Opopanacis.

Formentur Trochisci cum succo  
Rutæ.

*Vsus Tro-  
chiscorum  
de Myr-  
rha.*

Vtuntur Medici his Trochiscis  
in Menstruis educendis; sunt enim  
valde efficaces, cum reliqua medica-  
menta levia, & mediocria id præsta-  
re non possunt. Tum etiam in expel-  
lendis secundis peractis prius exter-  
nis medicamentis, si tempus conce-  
datur. Nam aliquando adeo immi-  
net vitæ periculum, vt statim acce-  
dendum fit ad vsum horum medica-  
mentorum vehementissimorum. Vsus  
vero horum Trochiscorum est, ali-  
quando in forma potionis cum deco-  
cto dictamni cretici, Artemisæ, Sabi-  
næ, vel similis medicamenti: tum  
etiam parantur confectiones, licet,  
non ad expellendas secundinas ob tē-  
pori angustias, sed ad menses pur-

gandos. Parantur denique ex his Tro-  
chiscis pessaria subacta cum aliquo  
liquore, vel succo, vt Cyclamini, Ru-  
tæ, Cucumèris asinini, vel similis me-  
dicamenti.

Trochisci brevi admodum tempo-  
re solent vitari, vt quotidiana mon-  
strat experientia, præcipue Trochil-  
ci Alkekengi dicti, quos vel ad quin-  
tum. sextum ve mensem caries solet  
invadere. Quorum tamen omnium  
durationem longiorem, & tutiorem  
efficiemus, si hos Trochiscos non qui-  
dem intra ligneas capsulas, vt mos  
est, aservemus, sed in vasis vitreis re-  
ponamus; capsæ enim & ipse facilli-  
me putredine, ac carie corrumpun-  
tûr, & externum aerem, pororum ra-  
ritate, quæ lignis natura inest, faci-  
le ad modum admittunt, quorum om-  
nium incommodorum expers, & im-  
mune vitrum compacta sua densa, &  
pæne metallica natura deprehendi-  
tur.

*Trochisci  
quo pacto  
diuti' ser-  
ventur.*

## DE MEDICAMENTIS, QUÆ EXTERNIS CORPORIS

PARTIBVS APPLICANTVR.

### DE COLLYRIIS.

**H**ÆC forma medicamenti  
vocatur Sief, sive Colly-  
rium; habet pro materia  
liquorem, quo formantur  
simplicia in polinem redacta, aut quo  
in forma liquida paratur. Nā duæ dif-  
ferentiæ Collyriorû, quæ servantur in  
officinis, ita se habent, vt aliû illorû,  
quod vocatur Collirium album Rha-  
sis, seruetur in officina in forma so-  
lida, ad admodum lentis, vel Lupino-  
rum formatur. Aliud, quod Colly-  
rium Lancfranci vocatur, in forma li-  
quida paratur, cuius descriptio est,  
quæ sequitur.

**R**. Æuginis: ————— } aña. 3. j.  
Auripigmenti. ————— }  
Aquæ plantagi-  
nis. ————— } aña. vnc. vj.  
Aquæ rosarum. ————— }  
Vini albi. ————— } vnc. iij.

*Collirium  
Lac fran-  
ci usuale.*

Terantur subtilissime Æugo, &  
aurumpigmentum, & misceantur om-  
nia, & sæpius agitentur ad vsum.

Vtuntur Medici hoc Collyrio in  
viceribus pudendorum: habet enim  
facultatem exiccandi, & modicam  
tergendi excrementa existentia in  
illa parte, vel in prædictis viceribus.

*Vsus Col-  
lyrij Lanc-  
franci.*

Quo:



Quoniam tamen vlcera pudendorum rebellia sæpe sunt, & curatu difficilia, proinde vtuntur aliis efficacioribus Collyriis, quæ cum in officinis non seruentur, id circo eorum schedulas non adducimus.

## DE COLLYRIO ALBO

*Rhasis.*

**I**N forma solida seruantur duæ differentiæ Collyrii albi in nostris officinis; alterum vocatur Collyrium album vsuale, de quo inferius; alterum Collyrium album descriptione Rhasis. Cuius Schedulam proponimus desumptam ex Rhasi ꝑ ad Almanforem, hac ratione.

*Rx.* Cerussæ Lotæ. ————— 3. x.  
Sarcocollæ. ————— 3. iij.  
Tragacantho. ————— 3. j.  
Opii. ————— 3. ß.

Cum aqua rosata formentur orbiculi in modum lentuim.

*Vsus Collyrii albi Rhasis.*

Vtuntur Medici hoc Collyrio in ophthalmia, urgente præsertim ingenti dolore; aliter enim, citra opium vtuntur.

## DE COLLIRIO ALBO

*vsuale.*

**Q**VAMVIS supradictum Collyrium tradatur à Rhasi, vt dictum est, nihilominus in nostris officinis Valentinis cõmuniter paratur sub alia descriptione, quæ sic habet.

*Collyrium album vsuale.*

*Rx.* Cerussæ, Lotæ. ————— 3. x.  
Amili. ————— 3. iij.  
Gummi Arabici. ————— 3. ana. 3. ij.  
Tragacanthæ. ————— 3. j.  
Camphoræ. ————— 3. ß.  
Cum aqua rosatarum formentur Orbiculi.

*Vsus Collyrii albi vsualis.*

Vtuntur etiam Medici hoc collyrio in oculorum ægitudinibus: habent enim facultatem repellendi, exic-

candi, & refrigerandi, & leuem mitigandi dolorem.

Seruetur hic mos laudabilis ad omnes pulueres oculares, quibus omnia Colliria constabunt, vbi fuerint recte pulverisata, includantur panno lineo nitido in nodum colligato, & cum licoribus, quibus dicta Collyria liquantur, fiat magna fricatio, vt virtus, & substantia exprimatur ex dicta ligatura per pannum prædictum. Nam cum sit medicina ocularis, debet ita diligenter percolari, ne oculi lædantur.

*Collyria oculorum qua ratio ne sint diluenda.*

## DE OLEIS.

**L**ONGE diversam habebant consistentiam quam purima olea à veteribus tradita, quæuis comunicent cū multis, nostra tempestate paratis, in consistentia; cum aliis vero discrepant. Ita vt multa, quæ à nobis Olea vocantur, à veteribus vnguenta sint appellata.

Sed explicemus id, quod nostra tempestate vocatur Oleum, cuius materia est quid pingue à fructibus expressum. Præcipue tamen Oleum ex Olivis expressum, materia est complurium Oleorum: Nam varias vires, & facultates tum herbarum, tum florum in se recipit.

*Oleum quid*

Illud tamen primo loco est animadvertendum, Olea in triplici esse differentia. Sub prima differentia continentur Olea, quæ parantur per expressionem; sub secunda Olea, quæ parantur per impressionem; quoniam imprimitur in Oleum vis, & facultas rei, quæ coquitur per calorem, sive sit solis, sive ignis, sive alterius rei, vt in sequentibus intelligitur; sub tertia differentia continentur Olea, quæ parantur per resolutionem, sub qua etiam complectimur Oleum de Lateribus, vel Philosophorum vocatum. Nam Lateres contenti intra alambicum veluti exolvuntur ad exhibendam

*Oleum differentia.*

dam



dam oleagineam substantiam in se receptam.

*Olea per  
expressio-  
nem extra-  
cta.*

Ex his tamen differentis primo loco explicabimus illam, quam docuimus parari per expressionem, sub qua servantur in officinis Olea, quæ sequuntur, Oleum Amygdalarum amararum, Oleum Sesaminum, Oleum de Cherva, ser de Cataputia majori; Et licet, non parentur plura Olea in officinis per expressionem, ex quacumque tamen medulla seminis, & ex quocumque nucleo fructus, putamine depto, possunt parari Olea per expressionem, ut ex nucleis Persicorum, ad maculas è facie delendas.

*Olea per  
expressio-  
nem tripli-  
ci modo pa-  
rantur.*

Modus vero parandi prædicta Olea triplex est. Primus est, si accipiamus fructus prædictos, ut Amigdalas utrasque. Noces, vel Avellanas, vel femina, ut semen Sesami, vel Papaveris albi, vel alterius rei; & hæc in mortario lapideo optime contundamus; deinceps sic contusa igni in vase terreo patuli toris calidam appellant Valentini, exponamus semper cochleari, aut spatula movendo, ne adurantur; & dum optime calefacta sint ita ut fere non possimus digitis ardorem sustinere, duabus, aut tribus cochlearibus aquæ, illam massam irroramus; quam deinde intra pannum lineum prælo, vel torculari commendamus, & Oleum exprimendo extrahimus.

Secundus modus extrahendi Olea per expressionem est, si accipimus fructus, vel ipsa semina trita, ut superius dictum est, & hæc exponamus intra pannum super os vasis continentis aquam ferventem; & dum optime ab illo vapore appareant calefacta, illam massam modo prædicto, prælo commendamus, & Oleum exprimimus.

Tertius, & ultimus modus parandi Oleum per expressionem fit, quando tritis seminibus, aut fructibus modo iam exposito, inicimus per intervalla aliquot aquæ cochlearia, videlicet, pro singulis seminum, aut

fructuum libris, tria, aut quatuor, aut quinque cochlearia Postquam autem iniecerimus prædictam aquam, huc, vel illuc agitamus fructus, vel semina intra idem mortarium cum pistillo ligneo; post horum agitationem transacto aliquo temporis spatio, ut dimidia hora ad summum, pars pinguis, & oleosa, quæ in partibus infernis de litescibat, apparet per partes externas. Ac in Oleum colligimus, & massam illam exprimimus manibus, vel torculari, ne aliqua substantia oleosa deperdatur.

Ex his tribus modis parandi prædicta Olea per expressionem, hic ultimus reliquis antecellit. Hinc Olea, hoc tertio modo extracta, iucundiora, & perspicaciora apparent. Secundus modus præstantior etiam est primo; sed maior quantitas Olei extrahitur per primum parandi modum.

## DE OLEO AMYGDALARUM dulcium.

**P**aratur hoc Oleum in nostris officinis secundum tertium modum explicatum extrahendi Olea per expressionem hac ratione.

**R**eceptum. Amigdarum dulcium mundatarum quantitatem, quam volueris. Frica ipsas aspero panno; deinde tere in mortario lapideo, & dum trita bene sint, infunde paulatim cum cochlearia aquam supra Amigdalas, & move huc, & illuc, donec Oleum eveniat; tunc cochleari extrahe Oleum, & massam prælo exprime. Sic extractum, præstantissimum est, ut superius diximus; nec est à veteribus observatum.

Utuntur medici hoc Oleo in variis affectibus: in quibus mirifice prodest, & in primis optimum est ad emendandas siccitates asperæ arteriæ, ex siccitate contractas, vel ex aliqua re externa acri, & mordaci. Tum etiam

*Oleum A  
mygdala-  
rum dul-  
cium usua-  
le.*

*Vsus Olei  
Amygda-  
larum dul-  
cium.*

opti-



optimum est permixtum cum Saccharo, quod vocant candum, candi Valentini, Bethici aq̄ucar piedra, in pollinem redacto in dolore nephritico, in Ileo, & in cholico ad emolendam aluum, & ad partes dilatandas, prætipue tamen multum prodest in nephritico. Præterea his, qui Dysuria infestantur maximo dolore, in meatu vrinatorio, si iniciatur oleum prædictum per fistulam, valet demulcere, ac sedare prædictum dolorem. Prodest etiam, in emendanda, ac corrigenda siccitate nervorum, siue sit contracta illa siccitas ex contuisione propter inanitionem, siue contrahatur ex maximo calore febrili: tum etiam vtile est in Marasmo affectis, atrophia, tabidis, & aliis exiccatis. Est etiam optimum ad corrigendas noxas venenorum exiccantium, & erodentium, Arsenici, scilicet, & sublimati, exhibitis prius vomitoris medicamentis. In partu etiam difficili est valde vtile ad vngendum immum ventris, & regionem, sub qua extêditur vterus, & præterea ad inungendos digitos obstetricis, vt valeat vteri orificium blande tractare, ac dilatare. Tãdê in defatigatis itinere optimum est ad vngendum articulos; lassitudinem enim ex illo labore contractam emendat. Ex hoc etiam oleo ad iuvandum sputum in pleuritide, parantur vnguenta.

### DE OLEO AMYGDALARUM amararum.

*Oleum Amygdalarum amararum, et usus illius*

**P** Aratur hoc Oleum eadem ratione, qua Oleum de Amygdalis dulcibus. Et prodest tum ad externa, tum ad interna, ad externa ad tergendas scilicet, maculas faciei, quas pannos vocant, & ad furfures in capite existentes, castipam vocant: Ad interna, ad aperendas obstructions, sed exterius appositum, & ad flatu discutiendos, & ad aurium strepitum, ad quem cum Gossipio iniuncto est vtendum, quamvis

aliquando cum affectus est rebellis, vtuntur eo Medici permixto cum dimidia quantitate olei Rutacei.

### DE OLEO SESAMI.

**P** Aratur hoc Oleum eadem etiam ratione, quæ, supradicta est. Et eo vtuntur Medici ad iuvandum sputum in pleuritide. *Oleum Sesaminum et Usus.*

### DE OLEO RICINO.

**D** icitur Oleon hoc apud Arabes Oleum de Cherva, siue de maiori Cataputia. Fit autem ex granis Cataputia eadem ratione, vt supradictum est. Valet hoc Oleum crassos flatu discutere; & hinc est, quod Medici eo vtuntur in cholico dolore. Valet enim crassam pituitam incidere, & attenuare. Præterea optime applicatur hoc Oleum partibus existentibus imbecillis, subservientibus generationi, præsertim si imbecillitas sit contracta ex intemperie frigida, vel ex aliquo crasso humore. *Oleum de Cherva Mesue, et Usus.*

### DE OLEO EX BACCIS Lauri.

**L** icet Oleum Laurinum paratur per impressionem, ex Oleo, scilicet, communi, & reliquis, de quibus paulo post dicemus, paratur tamen & optime, si quod aliud cum felicissimo successu, ex Mesue sententia, ex ipsis met Baccis Lauri hac ratione;

**R.** Ex Baccis Lauri maturis quantitatem, quam volueris, quæ Oleum ex dum adhuc sunt recentes, tera Baccis lauritur in pila, deinde aqua in caldario, siue Levete, diu coquantur; postea torculari plano non concavo, exprimantur in vas subiectum, ex quo oleum, aquæ super natans, colligatur; de inde

*Handwritten signature or mark at the bottom of the page.*



inde affusa aqua calida iterum terantur, ac cavato torculari exprimantur. Colligatur Oleum, & reponatur.

*Baccæ lauri integræ in compositionibus sunt imponenda.*

Observandum est Galenum variis in locis nunc purgatas, nunc mudatas Baccas Lauri præscribere. Ex quibus verbis colligitur velle Galenum excorticatas accipiendas esse ad confectiones, in quas ingrediuntur. Revera tamen nescimus, qua ratione commotus Galenus eiciendos esse cortices cœsuerit, cum videamus hoc Oleum ex ipsis corticibus extrahi, & non ex internis nucleis: tum etiam, & post exiccationem eorum, multum redolentes, & aromaticos apparere cortices, ut longa experientia à nobis est comprobatum. Et sic qui in compositionibus integras bacas accipiet, non ab erraverit, ita tamen, ut non sint nimis vetustæ; nam tunc ratione tenuitatis exoluuntur, sed post tres, aut quatuor menses collectas.

*Usus Olei ex Baccis Lauri.*

Utuntur Medici hoc Oleo in cholico dolore: discutit enim flatum, aperit, emollit, & emendat intemperiam frigidam nudam, vel ex humore pituitoso contractam. Valet tandem hoc Oleum in quibuscumque frigidis affectibus sive cerebri, sive partium nervosarum, quas optime roborat.

## DE OLEIS PER IMPRESSIONEM FACTIS.

### DE OLEO ROSARUM.

**D**VÆ differentia Olei Rosacei parantur ex Mesue sententia in nostris officinis, altera sub nomine Olei rosacei completi, altera vero sub nomine Rosacei Omphancini circumfertur. Quæ duæ differentia circa modum præparandi non variant; differunt tamen, quoniam ad Oleum Omphancinum parandum accipimus Oleum ex oliuis immaturis

extractum; accipimus etiam Rosas omnino clausas, id est, eas, quarum folia diducta, aperta que non sunt. Ideoque non pervenerunt illa rosarum folia ad perfectam maturitatem; hinc in ipsis pollet austeritas, & terrena substantia. Modus autem parandi prædicta Olea talis est:

**R**. Foliorum Rosarum rubeorum recentium, contusarum quantitatem sufficientem, Olei ex olivis, vel Sefamini recentis, aqua fontana aliquoties loti, quod sufficit. Soli exponantur in vase vitreo per dies septem; coquantur deinde tribus horis in duplici vase; tunc exprimantur folia Rosarum, & proiciantur; nova immittantur in Oleum prædictum. Solli committantur iterum per dies septem; coquantur, ut prius. Tertio idem fiat; nova adde folia rosarum cum Aquæ infusionis rosarum confectæ, ut in Syrupis dictum est, quarta parte, atque ita obturato vase ad dies quadraginta sub sole permittite; post transfunde, sive excola, iterum diu in sole relinque quadraginta dies; deinde vsui serva.

Ad hoc Oleum parandum, ut ad multa alia Olea, mox explicanda, oportet Oleum abluere, ut, si quid acrimoniæ, aut excrementi reperitur in illis, per abluionem separetur.

Præterea ad parandum hoc Oleum dubitatur, cum Mesue non describat certam quantitatem Rosarum, quanta illa esse debeat: & quidem hac in re complures & Pharmacopola, & Medici docti varie senserant: Revera tamen ipsamet res secum adfert explanationem. Quis enim non novit, dum per tot infusiones paret Mesue Olea prædicta, esse iniiciendas rosas in ea quantitate, ut, scilicet, apte, & accomodate possint ab Oleo submergi? Si enim aliter se haberet, sufficeret per unicam tantum infusionem rosas iniicere. Restat ergo, ut singulis rosarum permutationibus tanta rosarum

*Rosarum quantitas ad Oleum parandum.*

*Oleum Rosaceum Omphancinum*

quan-



quantitas accipiatur, quanta submergi possit in ipso Oleo.

Deinde in vltima per mutatione, visa fuit nonnullis infusio illa adeo copiosa, supervacanea, ac inutilis. Sed hi minime advertunt sollicitum fuisse auctorem de modo conservandi Olea prædicta; per illam namque infusionem, immunia servantur Olea à qualitate, ab scopo aliena, ac proinde, si hoc modo præparentur, valde efficacia sunt in quam plurimis affectibus. Præcipue tamen valde efficax est Oleum Omphancinum in principio Phrenitidis; habet enim vim refrigerandi, & repellendi, tum etiã in capitis vulneribus, ne, scilicet, cerebri partes tententur aliqua inflammatione appositisime vtuntur Medici, & Chirurgi hoc Oleo Rosaceo Omphancino. Tandem hoc est Oleum valde efficax ad parandum ceratum refrigerans Galeni, tot nominibus in hæctici febre ab eo commendatum.

Quamquam multum laboriosus est modus parandi supradictum Oleum rosatum à Mesue traditum; revera tamen ad effectus, quos præstare debet, præstantissimum est, si quod aliud, & multum fragans, adeo, vt tantum percipiatur odor rosarum, quantum in agro earum copia referto. Aliqui tamen Oleum Rosatum, quod à Nicolao Salernitano traditur, præparant tribus permutationibus factis in duplici vase; quamquam ipse Nicolaus in vnica tantum coctione illud componit, multo tamen efficacius, ac redolentius fit, factis tribus permutationibus. Et sic Scheda, vt sequitur.

Oleum Rosarum Nicolati.

**Rx.** Olei ex olivis maturis, recentis, & abluti. ——— lib. ij.  
Foliorum Rosarum recentium, & contusarum. ——— lib. j. ß.

Coquantur duplici vase ad humoris consumptionem: coletur; & repete vsque ad tertiam permutationem: & vsui serva.

Vsus Olei Rosacei plati.

Vtuntur Medici Oleo Rosaceo completo in parotidibus, & similibus

affectibus. Habet enim facultatem modice digerendi, aliquantulum repellendi, & satis refrigerandi; & hinc fit, vt ad supradictos affectus parentur, vnguenta, sive linimenta: Parent etiam Medici ex eo oxirrhodina in incremento Phrenitidis, & cum sælici successu, tum etiam in febre ardenti, quotidie parant Enemata ex hoc Oleo Rosaceo completo, & in illo affectu, orto ab inflammatione, tandem ex hoc Oleo, & aliis superius explicatis, paratur celebre illud cataplasma in contusione recenti, dum tantum scopus repellendi, roborandi, refrigerandi, ac modice digerendi adest.

### DE OLEO EX FLO- ribus Violarum.

**A**B eodem Mesue paratur Oleum ex floribus Violarum iisdem servatis quantitatibus, & modo præparationis in Oleo Rosato ipsius Mesue propositis.

Vtuntur Medici hoc Oleo in inflammationibus, in calida intempérie cum sælici successu. Hinc in cataplasmatis a Chirurgicis confectis, verbi gratia, in testiculi inflammatione impositum mirifice prodest. Vtuntur etiam ad paranda Enemata, oxirrhodina, & vnguenta ad siccitatem emendandam, & corrigendam sping; vt in marasmo affectis, vel convulsione, ex siccitate contracta per febrilem calorem. Ad duo tandem præcipue præstantissimum est hoc Oleum, ad parandam, scilicet, odoramenta illa ad somnum conciliandum cum opio Aceto dissoluto, tum etiam ad emendandum, & corrigendum dolorem in inflammatione; hoc enim peculiare est floribus Violarum, vt narcoticorum modo, licet hi flores narcotici non sint, insit ipsis facultas sedandi dolorem.

(†)



## DE OLEO CHA-

momilla.

Oleū Cha-  
momille  
Mesue.

**H**OC Oleum paratur à Mesue ex Oleo maturo eadem profus ratione, vt Oleum Rosaceum; & certe hac ratione erat parandum. Sed quia in hac nostra Ciuitate Valentina vera Chamomilla caremus, proinde exiccata ad nos adfertur ex Vrgelensi agro, quo in loco præstantissima, ac viribus integris colligitur: & proinde longe alia ratione paratur. Et fit hoc modo;

Oleū Cha-  
momille  
Magistra-  
le.

**R**. Chamomillæ Vrgelensis quantitatē, siue portionem aliquam, quam imbue in decocto eiusdem Chamomillæ; deinde adde Oleum, & igni expone ad humoris consumptionem; postea exprime, & repone Oleum. Hic tamen modus præparandi non est stabilis, ac firmus: nam modo maior quantitas, modo minor Chamomillæ potest accipi, ac proinde sit præceptum, vt tanta Chamomillæ quantitas, accipiatur, quanta in Oleo commode possit immergi. Et si per secundam coctionem nova Chamomilla iniiciatur, multo præstantius erit Oleum. Oportet tamen hoc Oleū parare in duplici vase. Hoc Oleum moderate resolvit, & modice calefacit; & partes nervosas roborat, & dolorem sedat.

Vfus Olei  
Chamomi-  
lle.

## DE OLEO ANE-

thino.

Oleū Ane-  
thi Mesue

**H**OC Oleum ex Mesue sententia eadem ratione debet parari, ac superius explicatum. In nostris tamen officinis, hoc modo paratur.

Oleū Ane-  
thi Magi-  
strale.

**R**. Florum Anethi recentium quantitatē, quam volueris, iniiciantur hi flores, intra ampho-

ram; & addatur Olei communis quantitas, quanta sufficiet flores prædictos sub mergere, siue cooperire. Exponantur Soli per dies triginta; transfundatur Oleum, & reseruetur floribus expressis. Quod si alia fiat permutatio prædictorum florum, multo præstantius auadet Oleum Anethinum.

Hoc Oleum insignem habet facultatem digerendi ex Mesue sententia; sedat dolores; & præterea affirmat prodesse rigori febrili spinæ, & partibus nervosis appositum.

Vfus Olei  
Anethi.

## DE OLEO MELINO,

siue Cydoniorum.

**A**B eodem Mesue paratur hoc Oleum hac ratione.

**R**. Carnium Cydoniorum præmaratorum cum cortice, & seminibus tritorum, succi Cydoniorum ana. lib. ij. Olei omphancini q. s. idest; superiora submergantur, exponantur soli in vase vitreo per quindecim dies; coquantur deinde quatuor horis in duplici vase; coletur Oleum: cui adde carniū Cydoniorum, & succi Cydoniorum recentis tantam quantitatē, quanta fuit iniecta in prima insolatione, & per alios quindecim dies insoleatur; coquantur vt superius, & tertio fiat eadem permutatio: coquatur, & coletur, & sui seruetur.

Oleū Cydo-  
niorū Mes

Vtuntur Medici hoc Oleo in vomitibus ex imbecillitate ventriculi, tum etiam in Diarrhœis, sed præcipue in vomitibus ad vngendā regionem orificii ventriculi per se, aut cū Oleo Mastichino permixto; & deinde super hæc Olea, aut alterum illorum, insperso pulvere Mastiches.

Vfus Olei  
Cydonior.

## DE OLEO MYR-

tina.



*Oleū Myr-  
tinum Me-  
sue, et vj<sup>o</sup>*

**A**B eodem Mesue paratur hoc Oleum ex Oleo Omphanci- no eadem omnino ratione, ac Oleum Melinum modo ex plicatum. Quod eisdem affectibus me- detur, vegetiores tamen insunt in hoc Oleo facultates, quam in Meli- no. Et hoc etiam Oleo, vt inferius videbitur, paratur celebre illud vn- guentum de Comitissa dictum.

### DE OLEO MASTI- chino.

**A**B eodem Mes. paratur hoc Oleum hac ratione;

*Oleū Ma-  
stichinum  
Mesue.*

**Rx.** Mastiches. ———— vnc. iij.  
Vini albi. ———— 3. iij.  
Olei Rosacei. ———— lib. j.  
Coquantur in vase duplici ad Vini consumptionem. Quoniam tamen Mastiche resinofam habet substan- tiam, & ex eo facile in Oleo dissolvitur, tum etiam constat ex tenui sub- stantia, proinde non est innicienda à principio coctionis: sic enim exolve- tur illius facultas, sed Vinum, & Oleum coquenda sunt plusquam ad consumptionem duarum partium Vini, tunc addatur mastiche, quæ si optima est, tota dissolvitur in Oleo, & per colum simul cum Oleo transfunditur, & sic semper remanet liquata, & Oleum optimis viribus constat.

*Vsus Olei  
Mastichi-  
ni.* Vtuntur Medici hoc Oleo ad emendandas immodicas evacuatio- nes, siue sint per alvum, siue per vte- rum exterius appositum.

### DE OLEO NAR- dino.

**P**Aratur hoc Oleum ex Mesue sententia: Ex tribus tamen descriptionibus simul ab ip- so Mesue adductis; paratur in nostris officinis secunda descrip- tio, quæ in hunc modum habet.

**Rx.** Spicæ nardi. ———— vnc. iij. *Oleū Nar-  
dini Me-  
sue.*  
Sampfuchi, idest Maiora-  
næ. ———— vnc. ij.

Ligni Aloes. ————  
Enulæ campanæ.  
Folii Indi.  
Calami aromatici. ———— añs. vnc. j. ß.  
Foliorum Lauri.  
Cyperi.  
Schœnanthi.  
Cardamomi. ————

Antequam coquantur, leviter con- tusa infundantur in sufficientem quantitatem Vini, & Aquæ; tunc adde.

Olei Sesamini. ———— lib. vj.

Coquantur in vase duplici lento igne horis sex, & singulis horis moveantur; deinde coletur Oleum, & exprimantur simplicia medica- menta; & separatim Oleum ab humidi- tate, si quæ supersit, reponatur.

Vtuntur Medici hoc Oleo in affe- ctibus vteri, hepatis, & ventriculi; habet enim facultatem, digerendi, calfaciendi, & modicam astringendi: vtuntur etiam obtrectices hoc Oleo incoriza puerorum naribus appo- sito.

*Vsus Olei  
Nardini.*

### DE OLEO ABSIN- thii.

**H**OC Oleum, ex Arnaldi sen- tentia, parabatur à maio- ribus nostris; nostra tamen tempestate sic magistrali- ter præparant.

**Rx.** Comarum Absinthii contu- *Oleū Ab-  
sintii Ma-  
gistrale.*  
farum. ———— lib. j.  
Olei communis. ———— lib. ij.  
Succi Absinthii. ———— vnc. iij.

Coquantur omnia in duplici vase ad humoris consumptionem; coletur Oleum, & Absinthium exprimatur.

Vtuntur Medici hoc Oleo ad ro- *Vsus Olei  
Absinthii*  
borandum ventriculum, & corrigen- dam frigidam intemperiem eiusdem,



*Oleum de  
Mentha.*

hinc fit, vt, dum non amplectitur vétricolus alimenta, ad ipsum roborandum, & iuvandam coctionem vtantur hoc Oleo per mixto cum Oleo Mastichino, aut cum Oleo de Mentha, quod eadem ratione parari potest.

### DE OLEO RUTACEO.

*Vfus Olei  
Rutacei.*

**M**esues affirmat parandum esse hoc Oleum eadem ratione, ac Oleum Myrtinū. Sed ad Oleum Myrtinum perandum accipit Oleum Omphacinum; hoc tamen de Ruta; requirit Oleum maturum, & completum. Pollet namque in Oleo Rutaceo insignis vis calefaciendi, extenuandi, & digerendi. Hinc in cōlico dolore ex vitrea pituita commodissime vtuntur illo Medici. Paratur itaque hac ratione;

*Oleū Ruta  
ceum Ma  
gistrale.*

**R.** Foliorum Rutæ recentium. ———— añ. lib. j.  
Succi Rutæ. ————  
Olei ex olivis maturis. ———— lib. ij.  
Coquantur in duplici vase ad succi consumptionem; coletur Oleum, & serua.

### DE OLEO COSTINO.

**L**icet veluti sepultum iaceat hoc Oleum, poteris tamen illud ex Mesue sententia parare hac ratione;

*Oleum Co  
stini Mes*

**R.** Costi amari. ———— vnc. ij.  
Calsie. ———— vnc. j.  
Summitatum Sampsuchi. ———— vnc. viij.  
Infundantur in vinum odorum quantitate sufficienti, per duos dies. Prius tamen sint optime contussa; deinde in duplici vase coquantur cum lib. iij. Olei Sesamini, horis sex, vt Nardinum.

Vtuntur Medici hoc Oleo in nervorum affectibus; habet enim facultatem roborandi nervosum genus, calefaciendi & attenuandi, aperiendi, & ex mesue etiam sententia, præter id valet canitiem retardare. Sed præcipue prodest his in quibus in genere nervoso, ligamentoso, & tendinoso dolor reperitur, si contractus sit ex aere frigidissimo, vt tempore hyemis per loca nivosa, vel si contingat dolor prædictus iis, qui in aqua dulci ad labores conficiendos, & opera exercenda morantur, & deinceps ab aliquo aere frigido comprehenduntur, ad quos affectus præstantius est permixtum cum Oleo de Euphorbio.

*Vfus Olei  
Costini.*

### DE OLEO DE EUPHORBIO.

**E**X duabus descriptionibus huius Olei à Mesue adductis paratur prima, quæ sic habet;

**R.** Euphorbii. ———— vnc. ß.  
Olei Cheyrini. ———— añ. vnc. v.  
Vini odoriferi. ————

*Oleum de  
Euphor-  
bio Mesue*

Coquantur ad consumptionem Vini in duplici vase, & coletur vsui.

Vtuntur Medici hoc Oleo in quocumque frigido affectu cerebri, & nervorum; habet enim facultatem calefaciendi, & ita valet calefacere humores crassos articularum. Tum etiã ex Mesue sententia optimum est hoc Oleum in Cephalalgia, Emicrania, & Lethargo.

*Vfus Olei  
Euphorbij*

### DE OLEO DE LILIO.

**E**X Mesue sententia ex floribus Lili albi abiecta parte crocea, vt Oleum Chamomellinum, debuit hoc Oleum parari. Nostris tamen temporibus, ex vna parte florum Liliorum, & ex quatuor partibus Olei maturi, ad solem

*Oleum Li-  
lij Magi-  
strale.*

para-



paratur per dies triginta. Sed multo præstantius licet parare hoc Oleum per solam insolationem termino trium ebdomadarum per ternas permutationes. Nam si Liliorum flores per longos dies in Oleo detineantur, putrescunt ob naturam substantiæ mucosæ in ipsis repertam; hinc oportet maxima diligentia hoc Oleum parare.

*Vsus Olei Lilij.*

Vtuntur Medici hoc Oleo in glandulis inflamatis, tum in collo, tum in inguinibus, tum sub alis. Habet enim facultatem calfaciendi, resolvendi; & concoquendi.

## DE OLEO IRINO.

Parat Mefues Oleum Irinum hæc ratione.

*Oleum Irinum Mef.*

**R.** Radicum Irididis quantitatem aliquam, florum eius duplum, aquæ decoctionis radicum eius, quantitatem sufficientem. Funde super ea Oleum Sesaminum, aut de Olivis maturis, quantum oportet, & de coque in duplici vase. Deinde permuta radices, ac folia, & fac, ut diximus, in Oleo Rosato. In hoc vero Oleo non assignat Mefues quantitatem: nos autem, quantum ex variis auctoribus colligere potuimus, sic quantitatem assignamus.

*Oleum Irinum usuale.*

**R.** Radicum Iridis recentium. ——— lib. j.  
Florum Iridis. ——— lib. ij.  
Decoctionis Radicnm. ——— lib. j.  
Olei ex Olivis maturis. ——— lib. iiij.  
Coquantur omnia lento igne in duplici vase ad consumptionem humiditatis; cola, & vsui serva.

*Vsus Olei Irini.*

Vtuntur Medici hoc Oleo, ad resolvendum, maturandum, & dolorem sedandum in glandulis inflammatis, & in quibuscumque aliis tumoribus.

## DE OLEO DE CRO-

CO.

Idem Mefues parat Oleum de Croco hæc ratione.

**R.** Croci. ——— vnc. j.  
Myrrhæ. ——— vnc. j.  
Calami Aromatici. ——— 3. viij.

*Oleum de Croco Mof.*

Macerentur diebus quinque in sufficienti quantitate Aceti, die sexto adde.

Cardamomi. ——— vnc. j.

Quod per totum illum diem cum prædictis maceretur; septimo die adde.

Olei. lib. ——— j. j.

Coquantur igni lento ad aceti consumptionem.

Habet facultatem hoc Oleum ex eodem Mefue, roborandi nervos, & vterum, & sedandi dolorem harum partium; dissipandi etiam durties.

*Vsus Olei Crocini.*

## DE OLEO LAURINO.

ET si superius dictum est de Oleo Laurino per expressionem parato, frequentissime tamen in officinis per impressionem sic fit.

**R.** Baccarum Lauri. ———  
ri. ——— 3.  
Foliorum Lauri. ——— 3.  
recentium. ——— 3.  
ana. vnc. viij.

*Oleum Laurinum usuale.*

Vini rubri. ——— vnc. vj.  
Olei. ——— lib. iiij.

Coquantur ad Vini consumptionem in vase duplici; coletur Oleum, & vsui servetur.

De facultatibus Olei Laurini diximus iam, in Oleo de Baccis Lauri per expressionem extracto; quæ licet in hoc eadem sint, quæ in illo, multum tamen hæ ab illis distant.

## DE OLEO DE PIPE-

ribus.

EX Mefue hoc Oleum paratur, hæc ratione.

*R.*



*Oleum de  
Piperibus  
Mesue.*

Trium Piperum. --- añavnc. iij.  
℞. Myrobalanorum  
chebulorum. ---

Belliricorum. ---  
Emblicorum. ---  
Indorum. --- } añã. 3. v.

Radicum Apii. ---  
Fœniculi. --- } añã. 3. iij. β.

Segapeni. ---  
Opopanacis. --- añã. } 3. iij. β.  
Hyoſciami albi. ---

Turbith. --- 3. xij.  
Zingiberis. --- 3. iij.

Caulis recentis. ---  
Haſech humidĩ. --- añã } M. j.  
Foliorum Rutę humidã. ---

De coquantur omnia poſt contri-  
tionem ipſorum, in lib. xxiiij. A-  
quã ad tertias. Colaturã adde.

Olei de Cherva. --- eminas. ij.  
Iterum quoque ad aquã conſumptio-  
nem: cola, & uſui ſerva.

*Oleum de  
Piperibus  
in lib. xij.  
Aquã pa-  
randũ eſt*

Non parvam nobis admirationem  
attulit præcepſſe Meſuem decoqui  
ſimplicia medicamenta ingredientia  
hoc Oleum in lib. xxiiij. Aquã ad  
tertiam partis conſumptionem, cum  
tenuya ſint medicamenta, nec tan-  
tam, tamque diuturnam poſt tritu-  
ram ferre coctionem poſſint. Auget  
etiam noſtram admirationem, quod  
videamus deinceps reliquas xvj. li-  
bras aquã abſumendas eſſe mixtas  
cum duabus Eminis Olei, ita vt Ole-  
um ipſum totum ſuperſit, nec tamdiu  
igni expoſitum evaneſcat. Id profe-  
cto qua ratione fieri poſſit, aſſequi  
nondum potuimus. Evoluimus qui-  
dem diligenter, & ac curate per le-  
gimus varios ſcriptores; ſed qui hunc  
nobis ſcrupulum eximeret, aut ani-  
mis noſtris ſatisfaceret, uſque ad  
hunc hodiernum diem inventus eſt  
nemo, immo apud omnes mirum eſt  
de hac tota re ſatis gravi, ſatisque  
periculosa, ſilentium. Vnus tamen

fuit Ioanes Iacobus VvecKerius, qui  
aliquam nobis in re tam ancipiti, &  
obſcura lucem attulit. Is enim non  
in xxiiij. libris aquã, ſed in iuſta, &  
ſufficienti quantitate monet hæc ſim-  
plicia eſſe coquenda. Quafi vellet  
ſignificare xxiiij. aquã libras eſſe ni-  
mias, ideoque rem totam periti, &  
industriali Pharmacopolæ iudicio, &  
experienciã eſſe relinquendam. Sed  
qui nodum hunc, qui noſtros animos  
diu, multumque torſit, fœliciter ex-  
plicavit, eſt vetuſtiſſimus, & ſumme  
fidei codex Arabicus. Hunc enim  
Pharmacopola quidam nonſtri Colle-  
gii, Arabicã linguã peritiſſimus, &  
in interpretando Meſue eximia cum  
laude verſatus, Latine reddens, ve-  
rumque ex eo ſenſum eliciens, depre-  
hendit, totique Collegio ſignificavit,  
non xxiiij. libras aquã, ſed xij. ſatis  
diſertis verbis contineri. Sub ductis  
ergo omnibus rationibus, & ad cal-  
culum revocatis, hanc ſummam faci-  
mus noſtræ ſententiã, nimirum, ita  
parandum eſſe hoc Oleum, & reliqua  
omnia ſimplicia medicamenta, poſt-  
quam trita ſint, vt coquantur in libris  
xij. aquã quo ad tertia illius pars  
conſumatur, & quod reliquum ex eo  
decocto fuerit, cum duabus Eminis  
Olei de Cherva, coquatur ad con-  
ſumptionem humiditatis; quã quan-  
titas Olei libræ ſunt duæ, & ſemis;  
quanquam alii aliter ſentiant de hac  
Olei quantitate. Sed iſti faciant, vt  
libuerit, hæc tamen eſt noſtra ſenten-  
tia, quam arte tenebimus, accura-  
teque defendemus.

Vtuntur Medici hoc Oleo in pa-  
ralyſi convulſione, & quibuſcum-  
que nervorum frigidis affectibus vte-  
ri, colli, renum, & veſicæ: quarum  
partium calculos comminuit, tum in  
iſchiade, & artithide; habet enim  
hoc Oleũ facultatem celeſtaciendi,  
attenuandi, tergendĩ, &  
ab obſtructionibus  
liberandi.

(\*)

*Uſus Olei  
de Piperi-  
bus.*



DE OLEO MOSCHE-  
lino.

**D**esumitur descriptio huius  
Olei ex Nicolao Alexandri-  
no cap. 712. in hunc modum;

Oleū Mus-  
celinū Ni-  
colai Ale-  
xandrini.

- Rx.** Olei puri. \_\_\_\_\_ lib. viij.
- Aque. \_\_\_\_\_ lib. iij.
- Folii. \_\_\_\_\_
- Spicæ Nardi. \_\_\_\_\_
- Costi. \_\_\_\_\_ añ. vnc. iij.
- Mastiches. \_\_\_\_\_
- Styracis Calamitæ. \_\_\_\_\_
- Croci. \_\_\_\_\_
- Myrrhæ. \_\_\_\_\_ añ. \_\_\_\_\_ vnc. j. ß.
- Cassia. \_\_\_\_\_
- Cinnamomi. \_\_\_\_\_
- Carpobalsami. \_\_\_\_\_
- Cariophyllorum. \_\_\_\_\_ añ. vnc. j.
- Bdellii. \_\_\_\_\_
- Moschi. \_\_\_\_\_ 3. vj.
- Nuces Indicas. \_\_\_\_\_ nu. iij.

Ratio con-  
ficiendi.

Folium, Myrrham, Cassiam, Car-  
pobalsamum, & Bdellium tere, &  
per biduum in aqua, & Oleo macera;  
postea coque supra lentum ignem in  
duplici vase vsque ad consumptionem  
aqua, & post infrigidationem  
cola, deinde reliqua omnia in tenuis-  
simum pulverem redacta insperge,  
parumque decoque: & in parte Olei  
dissolve Styracem, Mastichen, & Mos-  
chum; & hac ratione soluta admisce;  
& repone Oleum non colatum, & vt  
aromata subsiderint, interdum agi-  
tato vase, Oleo commisce.

Vsus Olei  
Musceli-

Hoc Oleum ingreditur vnguen-  
tum Aragon Nicolai, & ex Nicolao  
Alexandrino optimum est hoc Oleum  
ad omnem frigiditatem corporis, po-  
tissimum ventriculi, & ad dolo-  
rem lateris foris adhibitum; tum  
stranguria, & colicho vexatis, & ad  
omne nervorum vitium illitum opti-  
time facit, Mescetur epithematibus

& emplastris, quæ ad stomachi, &  
renum affectiones asciscuntur.

DE OLEO DE CAP-  
paribus.

**H**oc Oleum magistraliter paratur  
hac ratione.

- Rx.** Corticum Radicum Capparis  
recentium. \_\_\_\_\_ vnc. iij.
- Seminis Agnicasti. \_\_\_\_\_
- Scolopendriæ. \_\_\_\_\_ añ. 3. vj.
- Cyperii. \_\_\_\_\_
- Tamarisci. \_\_\_\_\_
- Rutæ. \_\_\_\_\_ 3. iij.
- Olei. \_\_\_\_\_ lib. iij.
- Aceti. \_\_\_\_\_ añ. vnc. vj.
- Vini optimi. \_\_\_\_\_

Oleum de  
Cappari-  
bus Magi-  
strale.

Contundantur simplicia medica-  
menta in prædictis aceto, & vino:  
tunc addatur oleum, & in vase dupli-  
ci coquantur ad Vini, & Aceti con-  
sumptionem.

Vtuntur Medici hoc Oleo ad obs-  
tructiones aperiendas præsertim, quæ  
lienis sunt.

Vsus Olei  
de Cappa-  
ribus.

DE OLEO TAMARISCI.

**H**OC Oleum, quod eandem  
habet vim, ac superius ex-  
plicatum, licet imbecillio-  
rem, magistraliter in hunc  
modum paratur.

- Rx.** Florum Tamarisci. \_\_\_\_\_ lib. j.
  - Olei. \_\_\_\_\_ lib. iij.
- Insolentur per quadraginta  
dies, deinde coletur Oleum, & vlti-  
serva.

Oleum Ta-  
marisci  
Magistra-  
le eius  
vsus.

DE OLEO CASTOREI.



**E**X sententia Arnaldi, tum etiã ex Nicolai paratur hoc Oleum hac ratione;

*Oleum Castorei Arnaldi.*

**R.** Pulpe testicularum Castorei recentis. ————— vnc. j.  
Olei antiqui maturi. ——— lib. j.

*Vsus Olei Castorei.*

His addenda est humiditas aquea, vt vinum sub quantitate duarum vnciarum. Coquantur lento igne ad vini consumptionem; deinde reponantur in vase vitreo absque percolationem; immo seruetur Castoreum in ipso oleo.

Hoc oleum facultatem habet incindendi, & attenuandi crassos humores, præsertim in articulis existentes: est enim optimum in quibuscunque frigidis affectibus, præsertim si oportet altas partes petere; inest namque tenuitas multum efficax in ipso Castoreo.

### DE OLEO SCORPIO-

*NUM.*

**H**uius olei descriptionem adfert Mesues in Antidotario, quæ sic habet;

*Oleum Scorpionum Mesue.*

**R.** Scorpionum viventium, parum plus, aut minus, secundum quantitatem magnitudinis, & parvitatatis eorum. ————— n. xx.  
Olei Amygdalarum amararum. ————— lib. ij.

Exponantur Soli in vase vitreo, per dies triginta; percoletur oleum; & vsui serua.

Scorpiones à Mesue viginti in lib. ij. Olei imponantur cum additione, plus, vel minus secundum quantitatem illorum, quæ vltima verba accurate subiunxit. Nam in Damasco, & tota Syria, quæ terra patria Mesue erat, inveniuntur magni scorpiones. Et cum Scorpiones, qui in hac nostra Regione inveniuntur, sint parvi, ac, si cum illis conferantur, minimi, idcirco in lib. j. Olei-

viginti Scorpiones ponendos esse censemus, ne imbecillius sit oleum ad effectus, quibus præscribitur.

Ad hoc Oleum parandum ex anni temporibus magis accommodatum est tempus, quo viget canicula: quoniam vehementior est calor Solis, ac inde facultas Scorpionum facilius manet in oleo expressa.

Vtuntur Medici hoc oleo in nephritico dolore, in cholico, in vrina detenta propter excrementa grumarum sanguinis, aut aliquod corpus transitum illius impediens; habet enim facultatem incindendi quemcumque humorem crassum, & dilatandi partes propter pinguem substantiam.

*Vsus Olei Scorpionum.*

### DE OLEO LUMBRICORUM.

**M**agistraliter paratur hoc oleum hac ratione.

**R.** Lumbricorum terrestrium in vino albo optime lotorum. ————— vnc. vj.  
Olei communis. ————— lib. ij.  
Vini rubri. ————— vnc. ij.

*Oleum Lumbricorum Magistrale.*

Coquantur in duplici vase ad vini consumptionem; coletur oleum, & vsui seruetur.

Signum vero prædictæ consumptionis in hoc oleo, & in aliis omnibus est, si iniecta guttula, super carbones accensos, nulla ratione crepitet; immo inflammatum accendatur.

*Olea quæ ratione crepita deprehenduntur.*

In oleis omnibus, quæ ex animalibus parantur, eadem viva omnes auctores imponunt: causa cur Lumbrici in vino moriuntur, antequam in oleo coquantur, est, vt in vino substantiam terrestrem deponant, quæ inutilis est ad effectus olei.

Vtuntur Medici, tum & Chirurgici hoc oleo in doloribus colli, dum tantum tentio apparet in colli partibus, ita, vt caput non possit huc, vel illuc flecti, & moveri. Præterea in

*Vsus Olei Lumbricorum.*



doloribus articularum, vt vbi alligatur crus cum tibia, & in aliis partibus: habet enim facultatem modicam incindendi, leniendi, & digerendi.

### DE OLEO HYPERICONIS.

**I**ncerti est auctoris huius olei descriptio: & licet, variæ descriptiones circumferantur, hæc tamen, quæ sequitur, in nostris Valentinis officinis est in vsu.

**Rx.** Summatum Hypericonis cum flore. ————— lib. j.

*Oleum Hypericonis magistra le.*  
Contundantur optime, & infundantur per tres dies in vinum album; tunc bulliant levi fervore; exprimitur Hypericon: tunc accipe alterius Hypericonis recentis lib. j. contundantur, & infundatur in vinum, quod antea fuit extractum ex Hypericone; quibus adde.

Terbinthinæ claræ. ————— lib. j.  
Olei veteris. ————— lib. ij.  
Croc. ————— scrup. iij.  
Insolentur per dies triginta; denuo coquantur in duplici vase ad vini consumptionem; coletur oleum; & vsui seruetur.

*Vsus Olei Hypericonis.*  
Vtuntur Medici hoc oleo in Nephritico dolore, colico, ac Schyadid; vtuntur etiam hoc Chirurghi in capitis vulneribus; habet enim facultatem roborandi caput, exsiccandi excrementa, & eadem tergendis, hinc ellychnia in prædictis vulneribus imbuuntur oleo prædicto tepido, tum etiam & rhodomelle, & vulnere apponuntur. Id vero fit transactis primis diebus vno, vel duobus, aut tribus, quibus fit digestio, quam ipsi Chirurghi vocant. Semper tamen in prædictis vulneribus pars circumdans vulnus illinitur, & embroncatur, vt dicunt, oleo Rosarum ad præ-

cavendam inflammationem.

(\*)

### DE OLEO VULPINO.

**E**X sententia Mesue hoc oleum paratur hac ratione.

**Rx.** Vulpem integram exenteratam quæ decoquatur in aquæ fontanæ, & marinæ singulis sextariis, additis duobus sextariis cum dimidio olei antiqui, & clari, & vnciis tribus Salis. Hæc simul coquantur ad consumptionem aquarum, & carniū vulpis dissolutionem. Tunc adde decoctionem manipuli vnius Aneti, & Thymi recentis, & libram vnam singularum prædictarum herbarum; & coquantur ad consumptionem prædictæ decoctionis; coletur oleum, & vsui seruetur.

*Oleum Vulpinum Mesue*

Hoc Oleum sic parat Mesus; & non assignat, an sit accipienda vulpes parva, an magna. Existimamus tamen de parva vulpe intellexisse, cum tam exiguam quantitatem aquæ immiscuit: quod si magna vulpes fuerit, Pharmacopola aquam augeat ita, vt decoqui possit vsque ad carniū, & artuum dissolutionem, & oleum, & herbas augeat quoque in dnpla quantitate.

Vtuntur Medici hoc oleo in affectibus frigidis partium nervosarū, tum etiam in arthritide, in chiragra, & podraga: cuius vsus tutissimus est in prædictis affectibus ob mediocrem calorem ex doctissimi Sylvi sententia.

*Vsus Olei Vulpini.*

### DE OLEO DE PORTULACA.

**H**OC oleum magistraliter paratur hac ratione;

**Rx.** Portulacæ contu- | añ. vnc. vj. *Oleum de Portulaca Magistrale*  
Succi Portulacæ. — |  
Olei Omphancini. ————— lib. ij.  
Coquantur in duplici vase ad sug-

I

ci



ci consumptionem, cola, & vsui ser-  
va.

*Vsus Por-  
tulace.*

Vtuntur Medici hoc oleo ad cor-  
rigendam calidam, & siccam intem-  
periem hepatis, existente ipso hepa-  
te nimis calido, vt in diarrhoea, &  
similibus affectis.

DE OLEO PAPAVERIS  
Albi.

PARATUR à Mesue hoc oleum in suo  
Antidotario hac ratione;

*Oleum Pa-  
paveris ab  
bi Mesue*

**Rx.** Florum Papaveris  
albi. \_\_\_\_\_  
Capitum Papaveris | añ. lib. j.  
albi. \_\_\_\_\_

Olei Omphancini. \_\_\_\_\_ lib. iij.  
Insola per dies septem; deinde co-  
que duplici vase, cola, deinde fac aliã  
permutationem, cola, & serua.

*Vsus Olei  
papaue-  
ris*

Vtuntur Medici, & Chirurgi hoc  
oleo ad dolores sedandos ingentes.  
Hebetando enim sensum, dolor ali-  
quantulum mitescit. Præterea mul-  
tum prodest hoc oleum in calida in-  
temperie. præsertim si somnus con-  
ciliandus sit: hinc in phrenitide vtũ-  
tur eo Medici; præcipiunt namque  
iniungi tempora, tum etiam & nares  
hoc oleo solo, vel maximo cum opio.  
Est tamen observandum dissolvendũ  
esse opium cum aliquo liquore, vt  
possit feciliciter per totam olei sub-  
stantiam permisceri; liquor tamen  
maxime accommodatus est album ace-  
tum, præsertim si temporibus appli-  
cetur; tribuit enim illi tenuitatem.

DE OLEO PAPA-  
veris Rubri.

PARATUR hoc Oleum Magistraliter  
sic;

*Oleũ Papa-  
veris ru-  
bri Magi-  
gistrale.*

**Rx.** Florum Papaveris rubri re-  
centium. \_\_\_\_\_ lib. j.  
Olei Immaturi. \_\_\_\_\_ lib. iij.

Quæ duo per quadraginta dies So-  
li exponantur; deinde coletur Oleum  
Rarus est vsus huius Olei apud Me-  
dicos; valet tamen ad corrigendas  
inflammationes: potest namque ex hoc  
Oleo, quemadmodum ex Oleo Ro-  
faceo, oxirrhodinum parari cum ace-  
to, & aqua Rosacea.

DE OLEO SAMBU-  
cino.

HOC Oleum paratur ex Mesue sen-  
tentia: fit autem in hunc modũ;

**Rx.** Florum Sambuci. \_\_\_\_\_  
Oleum ex Olivis añ. lib. iij.  
maturis loti. \_\_\_\_\_ } *Oleum Sã  
bucinum  
Mesue.*

Soli expone per dies septem, post  
quosque in duplici vase cola; & fac  
permutationem aliam, & cola.

Hoc Oleum ex sententia Mesue le-  
nit, & mundificat cutim, & confert  
doloribus nervorum, & fovet, ac co-  
roborat eos.

DE OLEO SAMPSV-  
chino.

HOC Oleum ab eodem Mesue pa-  
ratur, & sic fit;

**Rx.** Foliorum Sampfuchi recen-  
tis, id est, Maioranæ. \_\_\_\_\_ añ. lib. j.  
Succi Sampfuchi. \_\_\_\_\_  
Olei. \_\_\_\_\_ lib. ij.

Pone in vase vitreo per dies quin-  
decim ad Solem; deinde coque in va-  
se duplici per horas quatuor; cola; &  
fac permutationem aliam, & colatũ  
Oleum serua.

Calfacit hoc Oleum ex Mesue sen-  
tentia nervos, & fovet, ac micifrice  
adiuvat stomachum; confert etiam  
capitis dolori.

DE OLEO CHEYRI-  
770.



AB eodem Mesue traditur hoc Oleum, & sic habet.

*Oleū Chey-  
rinum Me-  
sue.* **R̄.** Florum Violarum Chey-  
ri. ————— lib. ij.  
Olei. ————— lib. iij.  
Infusionis Violarum. ——— lib. iij.  
Exponantur per quindecim dies  
Soli; deinde coquantur in duplici va-  
se.

*Vsus Olei  
Cheyrini.* Hoc Oleum ex ipsomet Mesue est  
resolutivum, sedativum dolorem, qui  
sunt in nervis, & iuncturis, pectore,  
renibus, & vesicca.

## DE OLEIS PER RESOLUTIONEM factis.

### DE OLEO DE MIR- rha.

**P**AVCA. sunt Olea, quæ paran-  
tur per resolutionem. Sub  
quibus ea, quæ, more Chy-  
mico, per sublimationem ex-  
trahuntur, complectimur. Et primo  
loco venit explicandum Oleum de  
Myrrha, quod sic paratur, ut Myrrha,  
optime in pulverem redacta intra al-  
bumina ovorum coagulata ponatur,  
& illa ova reponantur in vase for-  
aminibus pleno, in parte subiecta cum  
suo receptorio, & sic exponantur in  
loco humido, & per integram noctem  
tota substantia Myrrhæ dissolvitur in  
Oleum.

*Oleum de  
Myrrha  
Vuale.*

*Vsus Olei  
de Myrrh.* Hoc Oleum de Myrrha optimum  
est ad maculas in facie ex Sole con-  
tractas detergendas, vel ex alia cau-  
sa, licet, interna, dum non sit causa  
fovens.

### DE OLEO EX OVIS.

**E**X Mesue paratur hoc Oleum hac  
ratione.

**R̄.** Vitellorum ovorum elixato-  
rum vsque ad duri-  
tiē. ——— nu. xxx. aut plures.

*Oleū Ovo-  
rum Mesue.*

Confringe ea manibus, & in sartagi-  
ne figulari, sive terrea, sive plumba-  
ta, frige supra ignem mediocrem  
movendo ligneo, aut ferreo cochlea-  
ri, donec rubescant, resolvaturque  
ab eis Oleum, quod cochleari pre-  
mendo abundantius suppeditabunt.

*Vsus Olei  
ovorum.*

Optimum est hoc Oleum ad cutim  
expurgandam, & ad quæcumque cuti-  
tis vitia, & ad serpiginem, impetigi-  
nem, ad regnendos capillos, ad cu-  
randa Ulcera maligna, & fistulosa ex  
Mesue sententia.

### DE OLEO EN LA- teribus.

**I**DEM Mesue ad hoc Oleum paran-  
dum sic habet;

**R̄.** Lateres ex terra rubente mul-  
tum antiquos in frustra, com-  
minutos; quos accende in car-  
bonibus, donec igni rubeant: tunc  
eos extingue in concha, quam vocat,  
plena Olei Roris marini, vel antiqui  
clari, quousque imbibantur imbibiti-  
one vltima, tunc exicca ipsos per  
se; post minutissime tere, & vasi per  
sublimationem distilandos, trade, ca-  
pitello, sive operculo luto chymista-  
rum sigillato. Carbonibus in fornace  
accensis coque, donec Oleum distil-  
let in figulinam vitream, naso imo  
capitelli aglutinatam, quam exacte  
obstructam reconde, & serva; quan-  
to enim antiquius Oleum prædictū,  
tanto valentius.

*Oleū Phō-  
sophorū  
Mesue.*

Datur alterum Oleum, quod Pe-  
troleum, & Naphtha vocatur: hoc  
autem Oleum ex Sicilia, & ex Neapo-  
litano oppido aliquando adfertur.  
Officinæ nostræ in vnguento Aragon  
ex lateribus à Mesue traditum im-  
ponunt; quia præstantius est ad effe-  
ctus vnguenti.

*Oleum Pe-  
troleum.*



*Vsus Olei Philo-  
Philoso-  
phorum.* Hoc Oleum artificiale Philo-  
phorum insignes habet facultates ex  
Mefue sententia; nam calefacit, sic-  
cat, essentia tenuitate in altum pe-  
netrat, digerit: proinde materiam  
omnem excrementitiam consumit.  
Ob id Epilepsia, Paralyfi, vertigini,  
oblivioni, & lienis, renum, vesice,  
vteri, nervorum, articularum om-  
nium, & reliquarum partium nervo-  
farum doloribus frigidis mirum in-  
modum prodest.

### DE OLEO DE TERE- binthina.

*Oleum de  
Terebin-  
thina Ma-  
gistrale, et  
eius vsus* **M**agistraliter paratur Oleum  
de Terebinthina in hunc  
modum: Accipe Terebin-  
thinam, & pone in alam-  
bico aëreo, & in capite superno im-  
mitte caput ex vitro bene illito luto  
chymistarum; & distilla Oleum. Quod  
in omnibus ægitudinibus frigidis, &  
stãtuosis convenit, & frigidis nervo-  
rum affectibus, in asthma, & anhe-  
litus difficultate mirificum est.

### DE VNGVENTIS.

*Vnguentũ  
rũ forma* **N**OMEN ipsum denotat Vn-  
guentum, ab vtendi modo  
vocatum fuisse, quia par-  
tibus affectis inunctum diu-  
tius adhæret propter cras-  
sitiem, & lentorem. Sed huiusmo-  
di consistentia medicamenti pri-  
mo loco, methodo superius tradita,  
est explicanda, quæ eadem fere est, ac  
mellis congelati, ac increassati, cui si  
digitum applicamus. statim cedit ta-  
ctui; nihilominus, etiam si vas, mo-  
veatur in quo mel continetur, valde  
quietum remanet mel, par ratio est  
Vnguentorum: mollem enim habent  
consistentiam, dum tactum applica-  
mus, quo id deprehendimus; immo-  
bilia tamen manent ipsa Vnguenta.  
Quod si aliquando videamus ipsa Vn-  
guenta dimoveri moto vase, id fit,

quia tunc temporis ea circumdat aer  
ambiens calidus; & præterea, quia  
hæc Vnguenta tantum constat ex oleis,  
sevis, & cera, qualia sunt Vnguentum  
Marciaton, Aragon, de Agrippa, &  
Althæa, & alia. Nam sunt, & alia Vn-  
guenta, quæ præter dicta, recipiunt  
simplicia medicamenta ob modum  
substantiæ exiccantia, vt Lythargi-  
rium, cerussam, Pompholygem.

De materia etiam Vnguentorum  
nonnulla sunt dicenda: Breviter ergo;  
quodcumque crassum oleosum, & pin-  
gue consistentia durum, est vnguen-  
torum materia, vt Cera, Pix, Colo-  
phonia, & similia & præterea omnia  
medicamenta, quæ ob modum sub-  
stantiæ possunt in se humiditatem oleo-  
sam, & aquam recipere, præcedente  
coctione, aut citra coctionem sunt  
etiam Vnguentorum materia huius  
generis terra cimolia, Lithargyrium,  
Chalcanthum, Chalcitis, & similia  
terrea, & metallica medica-  
menta.

His explicatis ad varias Vnguen-  
torum descriptiones accedamus, ac  
primo agamus.

### DE VNGVENTO AL- bo Rhasis.

**Q**uanquam à Rhasi lib. 9. di-  
visionum cap. 36. tradatur  
descriptio huius Vnguenti,  
omissis quantitatibus  
olei, & cerussæ, nihilominus hac ra-  
tione poterit cum felicissimo succe-  
ssu prædictum Vnguentum parari.

**R.** Olei Rosarum. ——— lib. j. *Vnguentũ  
albũ Rha-  
sis.*  
Cerussæ lotæ. ——— vnc. vj.  
Cera albæ. ——— vnc. iij.  
Albumina ouorum. ——— nu. ij.  
Camphoræ. ——— 3.ß.

Oleum, & cera liquefiant, quibus  
deinde ab igne extractis adde cerussam  
in polinem redactam, & huc, & illuc  
move baculo ligneo ad coagulatio-  
nem: tunc adde Camphoram cum ali-  
quot guttis olei dilutam, & albumi-  
na oui.



*Vsus Vnguenti albi Rhafis.*

Habet hoc Vnguentum facultatem exiccandi, & refrigerandi, hinc apofitissime à Chirurgicis applicatur in vulneribus, & vlceribus superficialibus, dum modo filamenta interfint, sic enim appellantur vulgo, inter hoc Vnguentum, & vulnus, quandoque eo vtuntur in vlceribus, ex combustione, & in illis, quæ contracta fuere propter confricationem pruritus, quo tempore ipso vtuntur per se, aut cum pari portione Vnguenti Diapompholygos permixto.

## DE VNGVENTO DE Lithargyrio.

*Vnguentū Lithargyrij vsuale*

**D**uplici ratione paratur hoc Vnguentum desumpta descriptione ex Mesue sententia, aliquando coctum, & aliquando crudum, frequentissime tamen in nostris officinis illud paratur per coctionem in hunc modum; accipiunt enim portionem Lithargyrii, vt lib. j. vel vnc. viij. vel quantitatem, quæ sufficere visa fuerit nunc maiorem, nunc minorem, cui affundunt duplum molei, & hæc duo igni exponunt (spatha semper movendo, ad consistentiam duram; tum extrahunt vas ab igne, & addunt semisim, & paulatim oleum vsque dum aliquantulum refrigerentur, & lique fiant; tunc illa iniiciunt in mortarium lapideum & affundunt nunc acetum, nunc Oleum, semper agitando per intervalla vsque ad vnguenti consistentiam. Ex quibus constat nullam seruari quantitatem certam in parando hoc vnguento per coctionem licet deberet, cum Mesue trium medicamentorum propositorum afferat quantitatem. Habet enim.

*Vnguentū Lithargyrij coctum Mesue.*

**Rx.** Lithargirii. ——— | añ. vnc. j.  
 Aceti. ——— |  
 Olei. ——— | vnc. ij.  
 Coquantur igni lento ad crassitiem.  
 Descriptionem etiam vnguenti

crudi ex Lithargyrio adfert Mesue his verbis.

**Rx.** Lithargirii levissime triti quantitatē, quam volueris; iniicitur in mortarium, & affunde supra ipsum nunc Oleum, nunc Acetum super movendo cum pistillo ad iustam crassitiem.

*Vnguentū Lithargyrij crudū Mesue.*

Illud est observandum vocari à Mesue hoc vnguentum Tripharmacum, quoniam tribus medicamentis constat; quod si hæc tria longiorem suscipiant coctionem, poterunt ad formam Emplastri accedere, & tunc vocabitur Emplastrum tripharmacum; quoniam tribus medicamentis simplicibus constat, quo vtuntur Chirurgi in vlceribus antiquis exiccandis.

*Emplastrū Tripharmacū vsus.*

Vtuntur vnguento Lithargyrio Chirurgi ad refrigerandum, & exiccandum, hic ipso vtuntur in scabie, pruritu, & inflammationis causa sæpissime applicant hoc Vnguentum ambitui vlcerum: habet enim facultatem repellendi; & penetrat altius propter Acetum; denique hoc vnguentum ex Mesue sententia sarcoticum, & epuloticum est.

*Vsus vnguenti Lithargyrij.*

## DE VNGVENTO Diapompholicos.

**G**VIDO de Cauliaco adfert huius Vnguenti descriptionem tractatu 7. cap. de medicamentis cicatricem inducentibus, cuius descriptio sic habet.

**Rx.** Olei Rosacei. ——— | añ. vnc. v.  
 Cera albę. ——— |  
 Succu granorum rubeorum solani. ——— | vnc. iij.  
 Cerussa lota. ——— | vnc. ij.  
 Plumbi vsti, & loti. ——— |  
 Pompholygos, idest, Turtię preparata. ——— | añ. vnc. j.

*Vnguentū Pompholygos Guidonis.*



Thuris. ————— vnc. β.  
Miscantur, & fiat Vnguentum.

*Ratio con-  
ficiendi.*

Ad hoc Vnguentum parandum duo præcipue sunt observanda, primum est, ceram esse imminuendam, oleum vero esse augendum, hac tamen ratione, vt non excedant ambo quantitatem x. vnc. Vnde accipiendæ sunt vnc. vij. β. olei Rosarum, & vnc. ij. β. ceræ albæ, alioquin potius habebimus cerati, seu emplastri consistentiam, quam Vnguenti: id docet experientia, cui in iis, & similibus credendum est, non vero est addenda olei quantitas immutata ceræ quantitate, vt perperam aliqui solent facere; sic enim quantitas Cerussæ, Plumbi, & Pompholygos, & reliquorum non potest respondere ex proportione quantitati ceræ albæ, & olei Rosacei, immo evadet Vnguentum prædictum minori facultate exsiccandi.

Est aliud observandum circa Solani succum, scilicet, hunc posse nos cum reliquis permiscere ita, vt primo loco per coctionem absumatur succus prædictus, si simul cum oleo rosaceo ad ignem exponatur. Secundo modo possumus nos hunc succum permiscere, si sensum, & paulatim reliquis iam coagulatis permisceantur succus prædictus. Ex quibus duobus modis ortum habet tertius modus, scilicet, aliquam portionem succi prædicti posse nos absumere per coctionem modo exposito, aliquam vero portionem post refrigerationem posse nos paulatim cum reliquis permiscere.

Ex his modis permiscendi succum prædictum hæc sequuntur, quod quando permiscetur succus citra coctionem, magis pollet in hoc Vnguento refrigerandi facultas; si vero permisceatur per coctionem, magis pollet in hoc Vnguento vis exsiccandi, quod si partim permisceamus succum prædictum per coctionem, partim citra coctionem, medio modo se habebit in prædictis facultatibus dictum Vnguentum; vt cumque tamen sit, vim habet refrigerandi, & exsiccandi, &

potentiorum, quam vnguenta superius explicata. Sed observandum est, parandum esse hoc Vnguentum in mortario plumbeo, liquata, scilicet, cera cum oleo, innice in mortarium plumbeum, additis, quæ terenda sunt in subtilissimum pulverem, move continuo ad refrigerationem.

Vtuntur Chirurghi hoc Vnguento in inflammationibus vlcerum, & humiditatibus eorundem. Commodissime etiam eo vtuntur in vlcerebus contractis ex pruritu, vel per frictionem, & in aliis: est enim medicamentum cicatricem inducens, vt demonstrant medicamenta ipsum componentia.

*Vsus Vn-  
guenti Dia-  
pompholy-  
gos.*

## DE VNGVENTO Rosaceo.

**D**VÆ differentia Vnguenti Rosacei servantur in officinis; sub prima continetur Vnguentum Rosaceum simpliciter, aut Vnguentum Rosaceum album, quod paratur ex Mesue sententia hoc modo.

**R**. Axungia Porcinæ recentis sine sale, novies lotæ in aqua calida, & toties in aqua frigida, quantitatem, quam volueris, vt verbi gratia lib. vj cui permisce æqualem portionem Rosarum rubearum recentium contusarum; quæ rosæ manent cum prædicta axungia, per dies septem; octavo fundatur axungia, collo transfundatur, exprimentur rosæ, & ab iiciantur. Tunc adde rosarum recentium eandem quantitatem, quæ etiam rosæ iterum per alios dies septem manent cum ipsa axungia, funde, vt prius, & cola, tunc adde succi rosarum recentium dimidiam quantitatem ponderis axungia olei Amygdalarum dulcium partes sex; coquantur igni lento ad succi consumptionem, & reponatur Vnguentum.

*Vnguentum  
Rosatum  
Mesue.*

Ad hoc Vnguentum parandum



primo loco, est animadvertendum, ubi legitur olei Amygdalarum dulcium partes sex, verius legendum esse partem sextam; alioqui enim potius representaret olei naturam, quam Vnguenti, & quod magis est, non responderet facultatibus, quibus paratur, & commendatur ab ipso Mesue prædictum Vnguentum, ut inferius videbimus.

*Vnguentū  
Rosaceū  
absq; oleo  
Amig. est  
parandū.*

Secundo est animadvertendum hoc Vnguentum parari in officinis sine oleo Amygdalarum dulcium, quod si placeat medico, ipso uti cum oleo prædicto parato, poterit utendi tempore animadvertere, ut hoc oleum permisceant Pharmacopola; sic enim non contrahet qualitatem alienam Vnguentum Rosaceum. Periculum est enim ne rancescat propter oleum Amygdalarum dulcium, cum hoc Vnguentum sit qualitate frigidum ad primum recessum. Id monstrat rosarum facultas, & succi earundem, licet, de succo Mesue affirmat calidum esse primo recessu; existimat enim per separationem à terrena substantia, facultatem calidam in humidam substantiam transire. Revera tamen Galenus lib. 3. de Simplitiis medicamentorum facultatibus cap. 10. ubi verba facit de oleo Rosarum, & de succo rosarum, affirmat oleum inter calidum, & frigidum esse naturæ ipso oleo, & capite sequenti 11. scilicet, affirmat rosaceum mediam optinere naturam inter oleum, & rosarum succum, id est, minus esse calidum oleo ipso, magis vero rosarum succo. Sed forsitan Mesuem sefellit illud verbum Galeni, quod, scilicet, effectus succi rosarum sit caloris tepidi. Vnde existimavit ex Galeni sententia, succum rosarum prædictum esse facultate calida. Cum igitur rosæ, & illarum succus frigida temperie consistat, & materia axungia, nullam qualitatem impartiat Vnguento, certum est pollere in eo temperiem frigidam. Ex quibus constat basim in hoc Vnguento esse ipsas rosas, & illarum succum; materia vero axungiam. Et præ-

terea, cum in ipsis rosis adsit tenuitas substantiæ, non est, quod aliquid huic vnguento addatur, cum quo melius fiat illius actio; immo vero ex sententia Galeni lib. citato adeo constat tenuitate substantiæ rosarum flores, ut si multa simul olfactui occurrant, odorem spirantia, odor rosarum opprimat odorem reliquarum rerum odoratarum.

Ex his omnibus supradictis facile *Vsus Vnguenti Rosacei.* est intelligere, quibus affectibus me- deatur hoc Vnguentum; si enim pa- retur citra oleum Amygdalarum, facultatem habet refrigerandi, & roborandi, sed imbecillam digerendi; paratur enim hoc Vnguentum ex rosis completis; si vero paratur ex oleo etiam Amygdalino, iam magis in eo elucescit digerendi facultas; à Mesue tamen commendatur ad sedandum phelmones, Erysipelata, herpetas, & ad corrigendam calidam cephalalgiam, & denique ventriculi, ac hepatis intemperiem calidam.

## DE VNGVENTO ROSACEO Santalato.

**S**VB secunda differentia Vnguenti Rosacei continetur illud, quod vocatur Rosatum Santalatum, diversum sane à ceroto Santalino, de quo inferius; hoc magistraliter paratur hac ratione.

**Rx.** Vnguenti Rosacei nuper explicati. ————— lib. j. *Vnguentū Rosatum Santalatum*  
Santali albi. ————— | aña. ʒvj. scr. ij. g. v. *Magistrale.*  
Santali rubri. ————

Misce, & fiat Vnguentum.

Magis refrigerat, & roborat hoc Vnguentum, quam superius propositum; ac proinde commodissime eo utuntur Medici in hepatis intemperie calida, & in dolore renum ex intemperie calida contracto, & in similibus.

*Vsus Vnguenti Ros. Santalati.*



DE VNGVENTO

Ægyptiaco.

**E**TSI Mefue, & alii varias adferant huius Vnguenti descriptiones; ad illud tamen parandum defumimus descriptionem ex Guidone, qui ipsum tradit lib. 7. doctrina prima cap. demum difcitantibus in hunc modum.

*Vnguent. Ægyptiacum Guidonis.*

**R.** Viridis æris. — vnc. j.  
 Aluminis rochæ. — vnc. ß.  
 Aceti acerrimi. — vnc. vj  
 Mellis. — lib. j.  
 Coquantur igni lento ad consistentiam mellis liquidioris, & vsui seruetur Vnguentum.

Paratur hoc Vnguentum per coctionem duplici causa. Prima est minus præcipua, & est, vt consistentiam adquirat; secunda, & non contemnenda est, vt mitius evadat hoc Vnguentum; inest enim in Viridi ærea crimonina valde maligna, aqua fugiendum est, ne in pericula varia incidamus. Hinc dum prædictum medicamentum in polinem reducunt pharmacopolæ, nisi affundant aliquod olei guttas, maximum est suffocationis periculum; neque mirum profecto, cum ex ære fiat, & æs sit metallum venenosum, adeo, vt quæcumque medicamenta, quæ parantur in vasis æneis, semper sapiant naturam illius metalli, licet, per brevissimum tempus in eo vase detineantur medicamenta. Hinc si per noctem reponatur aqua in vase æneo, maximum contrahit saporem illius vasis; ac proinde oportet fugere vasa prædicta, nisi quando postularit affectus, vt parentur aliqua medicamenta in vasis eneis, qualia sunt occularia, quæ sic parata, facultatem habent incidendi, & tergend.

*Viride æs Oleo teritur.*

Sed vt ad institutum revertamur, licet, ergo Vnguentum superius propositum media coctione paratur; paratur tamen aliquando crudum. Hinc Galenus lib. de compositione secun-

dum locos varia ex iisdem medicamentis parabat vnguenta, variis tincta, & distincta, coloribus, vt melinum, viride, fuscum, & alia, quæ coctione, & cruditate, & nifallimur, copia, & inopia Olei distinguuntur. Sed hoc nostrum Vnguentum crudum, vt diximus, aliquando paratur, aucta etiam viridis æris quantitate, vt in gangrænis, in quibus fortissima medicamenta sunt adhibenda. Coctum tamen Vnguentum Ægyptiacum explicatum, iisdem gangrænis prodest, & præter id, eo vtuntur Chirurgi frequentissime in vlcibus cacoethibus; inducit enim scaram, incindit, ac attenuat, & tergit carnem demortuam, & reliqua excrementa, tum præterea optimum est hoc vnguentum in vlcibus pudendorum, ac collyria paranda, & lotiones conficiendas.

*Vsus vnguenti Ægyptiaci.*

DE VNGVENTO

Basiliconis.

**V**ARIAE sunt descriptiones a variis Doctoribus traditæ huius Vnguenti; sed magistraliter paratur à nobis hac ratione;

**R.** Sepi vaccini. —  
 Ceræ. —  
 Rasina. —  
 Olei. —  
 añ. vnc. vj.

*Vnguentum Basilicon Magistrale.*

Terebinthinæ. —  
 Colophonij. —  
 Piscis navalis. —  
 añ. vnc. iiij.  
 vnc. ij.

Liquefiant omnia præter Rasinam; & cum refrigerari cæperint, addatur Rasina; & agitetur baculo, vt citrinum Vnguentum evadat, & serua.

Hoc Vnguentum facultatem habet tergend, & exiccandi, & ex consequenti efficiendi vnionem in vlcibus sublatis, scilicet, impedimentis. Hinc eo vtuntur chirurgi in bubonibus; dum enim apposita sunt ellychnia apponunt hoc Vnguentum extensum supra panium lineum, in quibus

*Vsus vnguenti Basiliconis.*



præter facultates prædictas valet reliquias induratas emollire, præter id, prodest hoc Vnguentum in pernionibus suppuratis, & appertis, & in alijs capitis, & aliarum partium vlcibus.

## DE VNGVENTO MEDIA Confectionis.

HOC Vngentum magistraliter sic paratur;

*Vnguentū mediæ cōfectionis magistr.*

**Rx.** Cera citrinæ. ——— | añ. vnc. vj.  
 Olei. ——— |  
 Terebinthinæ. ——— lib. j.  
 Liqueantur, & coagulentur, tunc adde extra ignem per intervalla, Aceti albi. ——— vnc. ij.  
 Fiat Vnguentum.

*Vsus Vnguenti mediæ confectionis.*

Hoc Vngento fœlicissime vtuntur chirurgi in quocunque simplici vulnere, ad modice tergendum, & excitandum; hinc licet leuius sit facultate Vnguentum Basiliconis, fere tamen ad id eo vtuntur.

## DE VNGVENTO NIGRO Sarraceni.

HOC etiam Vngentum magistraliter paratur hac ratione;

*Vnguentū nigrū Sarracenicū.*

**Rx.** Lithargyrij. ——— } añ. vnc. vj.  
 Rasina. ——— }  
 Viridis æris. ——— vnc. ij.  
 Cera. ——— vnc. iij.  
 Olei. ——— lib. j. ss.

Rasina, Lythargirium, & Viride æs omnia in polinem redacta, cum oleo misceantur, & exponantur igni, & coquantur ad consistentiam Vnguenti, tunc addita cera & liquefacta extrahantur ab igne, & coagulentur; quibus adde, Saponis mollis. ——— vnc. ij.  
 Fiat Vnguentum.

*Ratio conficiendi.*

In hoc Vnguento parando ignorant plerique Pharmacopolæ rectum modum conficiendi: putabant enim, vt in omnibus alijs Vnguentis paran-

dis, Rasinam esse permiscendam in polinem redactam extra ignem, dum reliqua coagulata sunt. Sarraceni tamen illud componunt iniiciendo à principio coctionis Rasinam cum reliquis medicamentis, exceptis cera, & Sapone, quæ licet, in primis fero-ribus in grumos convertantur, progressu tamen coctionis liquefiunt non aliter, atque Lithargyrium; & cum iam coctum est, imponitur cera, & postremo Sapo.

Habet hoc Vnguentum insignem facultatem attrahendi, extergendi, & expurgandi excrementa, & vulnera exiccandi. Hinc in capitis vulneribus optimum est, præsertim dum prædicta vulnera cranium attingunt; sed ne partes carnosæ vulneris inflamentur nimio huius Vnguenti calore, solent Chirurghi circumponere ad vulneris labra album Vnguentū Sarracenicum, mox explicandum. Sed hoc nigrum cum constet tot medicamentis exiccantibus validis, valet ad summum exiccare, præsertim cum per coctionem multa acrimoniæ pars ex Viridi ære deperdatur, & ingens siccitas adquiratur. Nam sunt multa medicamenta, vt constat ex Galeno, quæ per coctionem acrimoniam deperdunt, alia quæ acrimoniam adquirent, vt contingit in calcitide, chalcanto, lapidibus varijs, & similibus.

*Vsus vnguenti nigri Sarraceni.*

## DE VNGVENTO Resumptivo.

PARATUR ex Guidone hoc Vngentum hac ratione;

**Rx.** Butyri recentis. ——— vnc. vj.  
 Olei Violarum. ——— vnc. iij.  
 Axungia gallinæ. ——— |  
 Axungia Anatis. ——— | añ. vnc. ss.  
 Axungia anseris. ——— |  
 Medullæ cruris bovis. ——— |  
 Liquefiant in duplici vase, & deinde coagulentur.

*Vnguentū resumptivum Guidonis.*

Hoc medicamentum potius debuerat connumerari inter linimenta, quæ



Vnguenta: quoniam liquidiorum ob-  
tinet consistentiam ipsis Vnguentis.  
Quoniam tamen nullæ linimentorum  
differentiæ servantur in officinis, cõ-  
plectimur hoc medicamentum, vt &  
similia alia sub Vnguentis.

*Vsus Vn-  
guenti re-  
sumptio* Optimum est hoc Vnguentum ad  
corrigenam siccam intemperiem, &  
calidam aliquantulum; est enim per  
excessum humidum, & frigidum, non  
tamen adeo est frigidum, & humidum.  
Hinc valet ad motus convulsivos cõ-  
tractos in febribus ardentibus, ad  
macie laborantes, ad hecticos, & ad  
alios consumptos,

### DE VNGVENTO CI- trino.

**C**elebre est illud Vngentum,  
quod citrinum vocat Nico-  
laus, quod rarissime paratur  
propter penuriam quam plu-  
rimorum simplicium medicamento-  
rum; sed in officinis communiter ser-  
vatur hoc aliud sub magistrali ratio-  
ne, quod sic habet;

**R.** Axungia porci albissima, &  
recentis. ——— lib. ij.  
Cerussa albissima, & tenuissime  
cribo transfusa. ——— vnc. vj.  
Acetositatis citri tantam quantitatẽ,  
quanta commode potest dequoqui in  
predicta axungia.  
Camphora ——— vnc. ß.  
Fiat Vnguentum.

Modus conficiendi is est; coquitur  
medulla acetositatis citri cum præ-  
dicta axungia adiectis tribus, aut  
quatuor vncijs aque rosacee, lento  
igne per spatium dimidię horę; nam  
si decoquantur ad consumptionem  
humiditatis aqueę, nigrum colorem,  
aut lividum accipiet axungia; tunc  
adde cerussam, & baculo obtime per-  
miscetur; deinde colentur omnia, &  
exprimantur, & iniiciantur in mor-  
tarium marmoreum; & pitillo lapi-  
deo, aut ligneo agitentur ad coagula-  
tionem.

Multi sunt, qui alia addunt, nec ex-  
tra rem, qualia sunt illa, quę habent  
facultatem extergendi; dummodo  
non valeant defecare albedinem in  
axungia existentem. Alii ceram albã  
addunt; sed sine cera, si axungia sit  
optima, remanet consistentia Vn-  
guenti.

Hoc Vnguentum optimum est, et  
frequentissimum ad emendanda vi-  
tia faciei ex causa externa, vel inter-  
na enata, hinc maculas à sole conta-  
ctas tergere valet, sed multo effica-  
cius illud à Nicolao traditum.

*Vsus Vn-  
guenti Ci-  
trini.*

### DE VNGVENTO DE Arthanita.

**E**X succo de Arthanita, idest, ex  
succo radicum Cyclaminis  
Dioscoridis, quę planta ex  
Insula Baleari ad nos adfer-  
tur; paratur à Mesue Vnguentum vo-  
catum de Arthanita magnum, hac  
ratione;

Succi Arthanitæ. ——— lib. iij. *Vnguen-  
tum de Ar-  
thanitæ,  
Mesue.*  
**R.** Succi Cucumeris Asinini. — lib. j.  
Olei irini. ——— lib. ij.  
Butyri Vaccini. ——— lib. j.  
Medullæ Colocynthidis. ——— vnc. iij.  
Polypodii quercini. ——— vnc. vj.  
Euphorbii. ——— vnc. ß.

Contundantur Colocynthis, Poli-  
podium, & Euphorbium; & in succis,  
& Oleagineis sub stantijs, infundan-  
tur in vas vitreum orificii angusti,  
per dies octo; deinde semel ferve-  
fiant; colentur; & exprimantur, co-  
laturæ adde;

Sagapeni. ——— aur. v.  
Myrrhæ optimæ. ——— aur. ij.

Dissolvatur primo Sagapenum  
in aceto, & Mirra in pulverem re-  
ducatur, quę duo adduntur, vt di-  
ximus colaturæ; & simul coquantur  
ad humoris consumptionem bacillo  
semper movendo, tunc adde;

Ceræ. ——— vnc. v.  
Felis Vaccini. ——— aur. v.

Extrahantur ab inge post liquefa-  
ctio.

*Vnguen-  
tum Ciri-  
num vsua-  
le.*



tionem cere, & dimittantur vsque du frigescant. Tunc adde in pulverem redacta, quæ sequuntur,

Scamonii. _____		aũ. aur. v.
Aloes. _____		
Mezereon. _____		
Colocynthidis. _____		
Turbich. _____		

Euphorbii. _____		aũ. aur. ij.
Piperis longi. _____		
Zingiberis. _____		
Chamomillæ. _____		

Salis gemmæ. \_\_\_\_\_ aur. iij.  
Apte omnia misceantur; & fiat Vnguentum.

Ad Vnguentum parandum, omnia medicamenta prædicta, quæ postremo iniiciuntur, sunt per cribrum sericum transmittenda, vt possit illorum facultas ad partes internas penetrare.

*Vsus Vnguenti Arthritice*

Vsus huius Vnguenti frequentissimus est apud Medicos, dum reliqua non prosunt in hydrope affectis, præcipue, in hydropis specie, vocata Ascite. Habet enim facultatem appositum supra abdomen purgandi aquas, & serosum humorem.

## DE VNGVENTO ALBO SARRACENI.

**V**ariæ extant huius Vnguenti descriptiones; sed hæc, vt optima, est laudanda, quæ accepta fuit ab ipso inventore, & sic habet;

Rx. Lithargyrii. _____		aũ. vnc. iij	
Cerussæ. _____			
Olei Rosarum. _____			lib. j.

*Vnguenti albi Sarraceni vsus*

Aceti Rosarum. _____		aũ. vnc. ij.	
Aquæ Rosarum. _____			
Albumina ovorum. _____			nu. ij.
Sevi Captini. _____			vnc. ij.
Mastiches albæ. _____			vnc. ß.
Seminis cucurbitæ. _____			z. iij.

Camphoræ. \_\_\_\_\_ gra. vj.

*Modus faciendi*

Paratur in hunc modum; semen Cucurbitæ in lapideo martario optime teritur, deinde imponuntur Lithargyrium, & cerussa, mox oleum, in quo sebum caprinum prius dilutum sit, acetum, & aqua Rosarum sensim per intervalla adduntur semper baculo agitando. Paratur Vnguentum ad eundem modum, quo diximus parari Vnguentum ex Lithargyrio crudum, addendo, cum iam omnia permixta sunt, albumina ovorum, Mastichem, & ultimo Camphoram in pollinem redactam. Quæ, licet, suspecta sit, & vt diximus in superioribus, ex omnium sententia, ab omnibus medicamentis amoveatur, nihilominus in hoc Vnguentum à Sarracenicis iniicitur ad penetrationem.

Optimum est hoc Vnguentum ad repellendum, & refrigerandum, proinde eo commodissime vtuntur Chirurgi in vulneribus, partibus circumstantibus appposito.

*Vsus Vnguenti albi Sarraceni*

## DE VNGVENTO

*Apij.*

Magistraliter hoc Vnguentum paratur hac ratione;

Rx. Mellis. _____		aũ. lib. j.
Succi Apii depurati. _____		

*Vnguenti de Apio magistri*

Polentæ, idest, farinæ volatilil. _____		aũ. vnc. vj.
Terebinthinæ. _____		

Coquatur Mel cum succo ad illius consumptionem; postea addantur Terebinthina, & farina, & fiet Vnguentum molle.

Licet in omnibus officiis sub magistrali ratione circumferatur descriptio huius Vnguenti; revera tamen propria est Guidonis de mundificationis medicamentis prima doctrina lib. 7. differt tamen descriptio Guidonis à superiori; quoniam Guido habet esse accipiendam libram j. ß. Mellis,

U

reli



reliquorum vero quantitatem propositam.

*Vsus vnguenti de Apio.*

Optimum est hoc Vnguentum ad extergenda excrementa bubonum, de recenti ruptorum, et apertorum; et ita eo vtuntur chirurgi commodissime primis diebus cum ellychniis, quæ apponuntur parte internæ bubonis. Ex hoc sequitur potius hoc medicamentum habere formam linimenti, quam Vnguenti. Nam quæ apponuntur cum ellychniis partibus internis, liquidiorum consistentiam debent habere quam ipsamet Vnguenta.

### DE VNGVENTO DE Minio, sive exiccativo.

**E**T si à Petro de Argilata paratur Vnguentum sub hoc nomine ex solo Minio, oleo Rosaceo, vel communi, optimum sane vlcerebus antiquis exiccandis; hac tamen tempestate, in hac nostra Valentina Civitate, paratur Vnguentum exiccativum, sive de Minio, hac ratione;

*Vnguentum de Minio magistr.*

**R.** Olei. ————— vnc. vj.  
Alquene. ————— vnc. ß.  
Picis navalis. ————— vnc. j.  
Picis Græcæ, idest Colophonia. ————— vnc. j. ß.  
Cerussa. —————  
Lithargyrii. ————— añ. | vnc. iij.  
Minii ————— |  
Cera albæ. ————— vnc. j. ß.

Fiat Vnguentum liquatis cum oleo, cera, pice Græca, et navali, addendo reliqua extra ignem in pollinem redacta, et baculo agitando ad refrigerationem, et Vnguenti consistentiam.

*Vsus vnguenti de Minio.*

Optimum sane est hoc Vnguentum ad vlcera exiccanda, dum leviora medicamenta non profunt; qualia sunt Vnguentum album Rhasis, et Pompholygos. Et præter id modicam etiam habet extergendi excrementa facultatem.

### DE VNGVENTO POMORUM.

**M**agistraliter paratur hoc Vnguentum, hac ratione;

**R.** Axungie Porcinæ recentis albissimæ. ————— lib. vj.  
Pomorum redolentium minutatim incisforum. ————— nu. xvij.  
Aque Rosaceæ. ————— vnc. vj.  
Belzuini optimi. ————— añ. 3. ij.  
Styracis calamitæ. —————  
Caryophyllorum. ————— 3. j.  
Fiat Vnguentum in vase terreo optime vitreato, ad humoris consumptionem.

*Vnguentum Pomorum Magistrale.*

Quoniam varia sunt magnitudine Poma redolentia, quædam, scilicet, magna, alia parva, alia mediocria, proinde satius multo est, & perfectius tantam quantitatem Pomorum minutatim incisforum innicere, quam inspexerimus commode posse spargi in quantitate superius tradita axungie liquefactæ.

*Vsus vnguenti Pomorum.*

Pauci sunt vsus huius Vnguenti; mulieres tamen eo vtuntur ad faciem de albandum, & illius vitia emendanda; est enim præstantius hoc Vnguentum in vsu quotidiano illo superius tradito, Citrino vocato. Habet enim fragantissimum odorem. Præter id commodissime possumus eo vti, ad emendanda vitia labiorum, & narium, ex aere contracta.

### DE VNGVENTO EX Pulvere Tutia.

**M**agistraliter paratur hoc Vnguentum hac ratione.

**R.** Tutia optimæ præparata. ————— vnc. j. ß.  
Vnguenti Rosacei. —————  
Vnguenti Pomorum. ————— | añ. vnc. vj.

*Vnguentum Tutia.*

Mis-



Misceantur omnia probe, & fiat Vnguentum.

*Vsus Vnguenti Turie.*

Hoc Vnguentum optimum est ad oculorum inflammationes, præsertim dum horrent multi, & præcipue pueri, Collyriorum vsum: habet enim facultatem modice diggerendi, & repellendi.

## DE VNGVENTO Apostolorum.

**A**B Avicena lib. 5. summa prima, tractatu 11. ex Antidotario desumitur huius Vnguenti descriptio, quæ sic habet.

<i>Vnguentum Apostolorum Avicena.</i>	<b>Rx.</b> Terebinthinz. —————	3
	Ceræ albæ. —————	an. 3. xiiij.
	Rasinz. —————	3
	Opopanax. —————	an. 3. ij.
	Floris æris —————	an. 3. ij.
	Aristologiæ longæ. —————	an. 3. vj.
	Thuris masculi. —————	an. 3. vj.
	Ammoniæ. —————	3. xiiij.
	Galbani. —————	an. 3. iij.
	Myrrhæ. —————	an. 3. iij.
	Bdellii. —————	3. vj.
	Lithargyrii. —————	3. viiij.

*Conficiendi ratio.*

Infundantur Gummi in aceto, coquantur fere ad aceti consumptionem; tunc in aliud vas iniiciantur lib. ij. olei, quod modice coquatur cum Lithargyrio; tunc adde Terebinthinam, & ceram; & cum refrigerata fuerint, addantur eis gummi modo prædicto dissoluta; sic enim optima fiet mixtio. Terebinthina namque optime reliqua excipit: Tandem adde reliqua medicamenta simplicia in pollinem redacta.

*Flos æris*

Ad hoc Vnguentum parandum loco floris æris accipimus nostra tempestate Viride æs; cum revera flos æris ex Dioscoride sint grana minutissima, quæ elevantur ex ære liquæfacto in fornacibus inspersa aqua.

*Vsus Vnguenti Apostolorum.*

Habet facultatem hoc Vnguentum, & validam inscindendi, & ter-

gendi excrementa in vlcibus existentia, & eadem extrahendi, tum etiã & exiccandi humiditates. Hinc vsus frequentissimus huius Vnguenti est in vlcibus existentibus in partibus non optime ventillatis, idest, in vlcibus, quæ sunt in vtero, in pun-dendo, & similibus partibus laborantibus, cacoethibus vlcibus. Vnde semper habet formam linimenti, licet, Vnguentum appelletur; quoniam apponitur in partibus cavis cum elychniis.

## DE VNGVENTO DE Althea.

**E**X Nicolao Salernitano paratur hoc Vnguentum, quod sic habet;

<b>Rx.</b> Radicum Althæ. —————	lib. ij.
Seminis Lini. —————	an. lib. j.
Seminis Fœnugræ. —————	an. lib. j.
ci. —————	
Scillæ. —————	vnc. vj.

*Vnguentum Diatheæ Nicolai.*

Contundantur, & infundantur in libr. vij. aquæ per tres dies; quarto die coquantur, donec crassitiem accipiant; tunc iniiciantur intra saccum lineum, & vehementer exprimantur, donec Mucilagines exeant; tunc

<b>Rx.</b> Prædictarum Mucilaginum. —————	lib. ij.
Olei. —————	lib. iij.

Coquantur ad consumptionem Mucilaginum; cola: cui adde,

Ceræ albæ. —————	lib. j.
Terebinthinz. —————	
Galbani. —————	an. vnc. ij.
Gummi hederæ. —————	
Colophoniz. —————	
Resinz. —————	an. vnc. vj.

Galbanum aceto dissolvatur, & cum fere ad consumptionem aceti deveniet permisceantur cum eo sensim, & paulatim, Cera, Terebinthina, & Colophonia prius in alio vase cum suprædicto oleo liquata, & ad for-

*Modus conficiendi.*



formam vnguenti reducta; vltimo addantur gummi hederæ, & Resinæ in pulvete[m] redacta.

Hoc Vnguentum sit paratum vocatur Vnguentum Dialthea compositum, quod intelligendum est, vbi duæ differentia huius Vnguenti parantur, vt contigit in hac Civitate Valentia. Nam in aliis Civitatibus, & Regionibus tantum paratur hoc Vnguentum sub vnica differentia, idest, sub descriptione proposita: vbi simpliciter Vnguentum ex Althea vocatur, Simplex vero Vnguentum ex Althea cuius mentionem fecimus, sic paratur;

*Vnguentum Dialthea simplex.*  
**R.** Olei ex Althea, idest, illius, in quo fuerant absumptæ Mucilagines. ————— lib. ij.  
 Ceræ albæ. ————— vnc. vj.  
 Liquentur in vase terreo; coagulentur: & erit Vnguentum ex Althea simplex.

*Mucilagines quaratione paratasunt*

Cum consilium nostrum, institutumque sit omnes è medio tollere difficultates, quæ sese in compositionibus possunt offerre, ipsamque veritatem, in obscuro semper latentem, eruere, vt, & antea, & nunc cognatissimus, nec, in eo labore quantum profecerimus adhuc pœniteat, decrevimus, nihil, quod ad eas, quas mucilagines appellamus, intactum relinquere, & nonnullas dubitandi occasiones, tanquam obstacula, & impedimenta dimovere. Videmus hoc in loco Nicolaum à communi, vtitaque methodo, & regula, quam Sylvius, & alij auctores accurate, & studiose fecerunt, qui ad tres radicem, aut seminum vncias, addunt vnam aquæ libram, dicefisse. Nam ad quatuor libras radicem, & seminum, & media Scillæ libram, septem aquæ libras adhibendas censet, cum plane admisurus esset decem, & septem cum dimidia. Et quamquam monet ad extrahendas Mucilagines vtendum esse aqua calida, est tamen difficillimum, nec vlla ratione fieri potest, vt aqua superius commemorata, commiscea-

tur, quod Mucilagines tam spissæ, crassæque sint, vt illam facile respuant. Atque ita quotidie experiuntur, qui illam aquam infundunt, eandem aquam propter tenuitatem, & calorem facile per saccum effluere solam. Huc etiam accedit, quod nequam certam adfert aquæ calidæ quantitatem, sed illam arbitratui cuiusque relinquit. Sic fiet, vt vnus tres, alius quatuor, alii plures, aut pauciores aquæ libras, aut quot visæ fuerint, accipiant. Nos publicis rationibus contententes, vt omnem errandi occasionem, & causam tollamus, statuimus singulis radicem, & seminum libris adhibendas esse quatuor aquæ; & egregie coquantur, donec Mucilago densa, ac maxime spissa reddatur. Quod si quis conficere Mucilaginem vellet ex aliquibus radicibus, aut seminibus tenuioris Mucilaginis, quales sunt radices Lillii, & Enulæ, aut semen Alchechengi, is ad vnicam radicem, aut seminum libram tres aquæ libras admittat.

Hoc simplex Vnguentum levem habet facultatem digerendi, & magis insignem emolliendi. Hinc in bubonibus, & aliis inflammationibus, in quibus opus est id efficere. Hoc vtuntur Medici, & Chirurghi, dum nõ sufficiunt leviora medicamenta.

Vnguentum tamen ex Althea compositum insignem habet facultatem digerendi; constat enim calidioribus medicamentis, vt Galbano, Terebinthina, &c. Proinde ipso vtuntur ad resolvendos humores, dum nec levia, nec mediocria medicamenta profunt. Contingit tamen sæpissime hæc duo medicamenta permisceri per se, aut cum aliis medicamentis ad vsus prædictos; & alios, vt ad ventres durities, vel existentes in musculis abdominis. Quibus non raro, additur Ammoniacum dissolutum cum aceto, dū vehementius medicamentum desideratur, aut durities existit in regione lienis.

(131)



DE VNGVENTO

Agrippa Regis.

AB eodem Nicolao paratur hoc Vnguentum hac ratione;

Vnguentū  
Agrippæ  
Nicolai.

**R.** Radicis Bryoniæ. — lib. ij.  
Radicis Cucumeris Asi-  
nini. — lib. j.  
Scillæ. — lib. β.  
Radicis Ireos. — vnc. iij.  
Radicis Filicis. —  
Radicis Ebuli. añ. | vnc. ij.  
Radicis Tribuli marini. ---  
Abluantur omnia prædicta, & contu-  
sa infundantur in,  
Olei Antiqui. — lib. iij.  
Dimittantur per quatuor dies; dein-  
de coquantur ad humoris consump-  
tionem, cola: immisce.  
Cera albæ. — vnc. xv.  
Liquefiant; coagulentur; & habebis  
Vnguentum.

Nicolaus iubet hoc Oleum de Agrippa coqui vna cum radicibus, quousque incipiant dimitti. Sed quavis plerique vocem hanc, dimitti, pro suo sensu, interpretari sint tamen alius est omnino sensus Nicolai, quam isti iudicarunt. Nam cum radices, herba, aut flores vna cum oleo coquuntur, dum magna humiditas super est, multi vapores eleuantur; summumque petunt, at sensim arescente humiditate, vapores quoque ipsi subsidunt, quod indicat oleum iam penitus coqui, & ideo Nicolaus scripsit; vsque dum incipiant dimitti vapores, qui eleuantur sursum. Atque id verus est, & germanus Nicolai sensus.

Pastinaca  
Marina  
Tribulū  
marinum  
supplet.

Non est illud oblivioni tradendum in officinis desiderati Tribulum marinum, cuius loco accipimus pastinacam marinam aculeatam.

Vsus Vn-  
guēt. A-  
grippæ.

Hoc Vnguentum facultatem habet resolvendi, & digerendi tumores: sed frequentissimus illius vsus est in bubonibus digerendis, tum etiam in ventris tumoribus, vt in hydrope feliciter eo vtuntur medici permixto

cum vtroque Vnguento Dialtheæ, aut altero tantum.

DE VNGVENTO

Comitissæ.

**H** Vius Vnguenti descriptionem adfert Guliermus de Varignana, tractat. 16. cap. 4. de menstruorum retentione, & de vteri exicatione, illius vero descriptio sic habet;

**R.** Corticum media-  
norum Castanea-  
rum. —  
Corticum medianorum  
Glandium.  
Corticum arboris Glandiū  
Myrtillorum.  
Caudæ Equinæ.  
Gallarum. añ. | vnc. j. β.  
Corticum fabarum.  
Acinorum Vuarum.  
Sorborum siccorum imma-  
turotorum.  
Mespilorum immaturotorū  
siccorum.  
Foliorum Prunorum syl-  
vestrium.  
Radicum Chelidonæ. ---

Vnguentū  
Comitissæ  
Varignana-  
næ.

Contundantur, & coquantur in libris viij. aquæ Plantaginis ad consumptionem medietatis; exprimantur simplicia medicamenta, & coletur decoctum; tunc adde

Olei Myrtillorum. — | añ. lib. j. β.  
Olei Mastichini. —  
Cera novæ. — vnc. viij. β.

Exponantur igni hæc tria ad cere liquationem; ab igne extrahantur, & refrigerentur; & dum coagulata fuerint ad modum Vngenti, abluantur novies cum decocto superius parato semper innovando decoctum; vltima tamen lotionem, quantum fieri possit, separetur decoctum à prædicto Vnguento. Nam aliter, si humiditas non bene separetur, mucor vulgo, floridura, & moho generatur in eo: tunc adde in polinem redacta, quæ secuntur.

Cor:



Corticum medianorum Castanearum. _____	} añ. vnc. j.
Corticum medianorum Glandium. _____	
Corticum medianorū cor ticis Glandium arboris	
Gallarum. _____	
Cineris ossium cruris bo vis. _____	} añ. vnc. β.
Myrtilorum. _____	
Acinorum vuarum. _____	
Sorborum siccorum im maturorum. _____	
Trochiscorum de Carabe. _____	vnc. ij

Probe omnia misceantur, & fiat Vnguentum.

*Vsus vnguenti comitiss.*

Hoc Vnguentum, si quod aliud, præstantissimum est ad fluxiones sistendas vteri, & alui, & ad morbos insitu, & connexu quando, scilicet, intestinum rectum, aut vteres deciderunt. Habet enim insignem facultatem roborandi, astringendi, & exiccandi partes laxas, & solutas, ac proinde commodissime eo vtuntur Medici in prostratio muliebri rebeli, in diarrhœa contumaci, in deiectionibus hepaticis, & similibus affectibus.

**DE VNGVENTO DE Obstructivo, sive desopilativo, vulgo del Almirante.**

**HOC** Vnguentum magistraliter paratur hac ratione;

<b>R.</b> Radicis Bryoniae.---	} añ. lib. j.
Radicis Cucumeris asinini. _____	
Radicis Ebuli. _____	} vnc. ij.
Scillæ. _____	
Radicis Yreos. _____	} vnc. j. β.
Radicis Filicis. _____	
Succi Sambuci. _____	} vnc. β.
Succi Apii. _____	
Succi Petroselinii. _____	} añ. vnc. j.
Succi Absinthii. _____	
Succi Menthæ. _____	

*Vnguentum Desopilativum Magistrale.*

Vini. _____	} añ. q. f.
Aceti. _____	
Olei. _____	lib. ij.

Misce; & fiat Vnguentum, cui, postquam refrigeratum fuerit, adde Aquæ vitis. \_\_\_\_\_ vnc. ij.

Modus vero parandi facilis est; contunduntur enim omnia simplicia medicamenta; asperguntur vino, & aceto, & addito oleo coquantur ad consumptionem aquæ humiditatis; tandem, vt dictum est, permiscetur Aqua vitis.

*Batio con  
ficiendi.*

Nonnulli tamen sunt, qui loco succi Menthæ, & Absinthii addunt ipsas plantas contusas; nec extra rem: vtrumque enim fieri potest. Et hæc duo medicamenta valent robur addere partibus laborantibus obstructione.

**DE VNGVENTO contra morbum Gallicum**

Communiter solet parari Vnguentum contra morbum Gallicum hac ratione;

<b>R.</b> Axugiæ suillæ sine sale. vnc. viij.	} vnc. j.
Argenti viui defœcati. vnc. iij	
Cineris sarmentorū.---	} vnc. β.
Lythargyrii. _____	
Cerussæ. _____	} vnc. ij.
Mastiches. _____	
Olei Laurini. _____	} vnc. β.
Theriacæ magnæ. _____	

*Vnguentū pro morbo Gallico vsuale.*

Agitetur primo loco argentum vivum cum Axungia, post cuius extinctionem reliqua addantur, & fiat Vnguentum.

A multis tamen & probe, nulla comitante caterva, paratur hoc Vnguentum ex solo Mercurio & Axungia, vt

<b>R.</b> Mercurii. _____	vnc. iij.
Axungia porcina sine sale. _____	vnc. viij.

Quæ sola Axungia per se citra aliud medicamentum valet Hydrargyrum extinguere, et certe, ita paratum Vnguentum.



guentum omnibus scopis respondet, quibus possunt quæcumque alia medicamenta respondere; nec opus est alexipharmacum Theriacam magnam addere: nam vera ratio alexipharmacum pro argento vivo in eo tantum consistit, ut debita solum quantitas, nulla ratione excedens, huius Vnguenti partibus apponatur.

Illud tamen advertendum est, quod si symptoma contingant ex usu huius Vnguenti, veluti anxietates in ventriculo, optimum remedium esse, exhibere aliquas bracteas, vel aliquos panes auri, et argenti cum Melle subactos, ad formam confectionis.

## DE VNGVENTO contra Scabiem.

**I**nter reliqua Vnguenta contra Scabiem illud est præstantissimum, quod ex radice Enulæ campanæ paratur hac ratione;

*Vnguentum de Enula Magistrale.*  
**R.** Radicis Enulæ campanæ minutim inscisæ, et in aceto coctæ. ————— vnc. vj.  
 Contundatur optime, et cribetur cochleari per setaceum equinum, tunc adde

Axungia porcina sine sale. — vnc. vj.  
 Fiat Vnguentum.

Sed à Mesue paratur aliud Vnguentum contra Scabiem, quod sic habet;

*Vnguentum contra scabiem Mesue.*  
**R.** Axungie porcine. — vnc. vj.  
 Olei Laurini. —————  
 Argenti vivi. —————  
 Cere. ————— añ. añ.  
 Thuris. —————  
 Mastiches. —————

Salis communis. ————— v. viij  
 Succus Plantaginis. —————  
 Succus Fumiterræ. ————— añ. q. f.

Fiat Vnguentum. Quod ad quid profit titulus declarat.

## DE VNGVENTO Aureo.

**H**oc Vnguentum à Mesue paratur hac ratione;

**R.** Cera Citrinæ. ————— vnc. vj.  
 Olei communis. ————— lib. ij. ß  
 Terebinthinæ. ————— vnc. ij.  
 Resinæ. —————  
 Colophonie. ————— añ. vnc. j. ß

Thuris. —————  
 Mastiches. ————— añ. vnc. j. ß  
 Croci. ————— 3. j.

Fiat Vnguentum.

Hoc Vnguentum optimum est ad vulnera curanda, excrementa tergendæ, et humiditatem exiccandam.

## DE VNGVENTO contra Tineam.

**H**oc Vnguentum Magistraliter sic paratur; *Vsus Vnguenti ad rei.*

**R.** Axungia porcine. —————  
 Butyri vaccini. ————— añ. vnc. iiij.  
 Terebinthinæ. —————  
 Olei Laurini. ————— añ. vnc. iiij.

Colophonie. —————  
 Picis navalis. ————— añ. vnc. ij.

Liquentur, et coagulentur, quibus tunc adde;

Pulveris seminis Iuniperi. —————  
 Pulveris radice Ellebori albi. ————— añ. 3. ijs  
 Pulveris viridis gris. —————

Misce, & fiat Vnguentum.

## DE VNGVENTO Aragon.

**A** Nicolao Salernitano hoc Vnguentum sic;



*Vnguentum Aragonense Nic.* **R.** Roris marini —  
 Maioranę. —  
 Radicis Iari, idest  
 dracunculi. —  
 Serpylli. añ. vnc. iij. ß.  
 Rutę. —  
 Radicis Cucumeris asi-  
 nini. —

Foliorum Lauri. —  
 Salvię. añ. vnc. iij.  
 Sabine. —

Conize maioris, idest, Pu-  
 licarię maioris. —  
 Conize minoris, idest, Pu-  
 licarię minoris. añ. vnc. viij.  
 Laureolę. —  
 Radicis Brionię. — vnc. iij.  
 Nepete, idest, Calamin-  
 the species. — añ. vnc. vj.  
 Florium Cucumeris asi-  
 nini. —

Mastiches. — añ. vnc. vij.  
 Olibani. —

Licet in alijs habeant quedam exē-  
 plaria, sed male añ. 3. vj.

Pyrethri. —  
 Eupoorbii. —  
 Zingiberis. añ. vnc. j.  
 Piperis. —  
 Olei Mofchelini. — vnc. ß.  
 Olei Petrolei. — vnc. j.  
 Adipis Vrsini. — añ. vnc. iij.  
 Olei Laurini. —  
 Butyri. — vnc. iij.  
 Olei communis. — lib. v.  
 Cerę albę. — li. j. vn. iij.

Modus parandi hoc Vnguentum is  
 est, omnes heabę, et radices recentes  
 optime contundantur, et irrorentur  
 cum aliqua vini portione, et infun-  
 dantur in oleum p̄dictum per dies  
 septem, octavo die coquantur ad cō-  
 sumptionem humiditas aquosę, ex-  
 primantur fortiter; coletur oleum,  
 cui addantur cera, et reliqua, quę  
 possunt liquefieri, extrahantur ab  
 igne, et coagulentur, et ultimo illis  
 permisceantur reliqua, quę supersunt  
 in polinem redacta, qualia s̄nt, Piper

Pyrethrum. Euphorbium, et reliqua  
 exicata medicamenta.

Hoc Vnguentum insignem habet  
 facultatem calfaciendi, proinde eo *Vsus Vn-*  
 vtuntur Medici in quibuscumque af- *guęti Ara-*  
 fectionibus frigidis, p̄sertim in colico *gon.*  
 dolore, ex vitrea pituita, in rerū  
 et aliarum partium doloribus natis  
 ab humore frigido, et lento, quem  
 valet hoc Vnguentum inscindere ac  
 attenuare, tum etiam in antiquis do-  
 loribus crurum, in arthritide, et si-  
 milibus, dum crassus humor lentus,  
 et frigidus est.

## DE VNGVENTO Marciaton.

**A** B eodem Nicolao paratur  
 etiam hoc Vnguedtum, quod  
 sic habet;

**R.** Cerę albę. — li. ij.  
 Olei. — lib. viij. *Vnguentum Mar-*  
 Roris marini. — añ. vnc. viij. *ciaton Ni-*  
 Foliorum Lauri. — añ. vnc. viij. *colai.*  
 Rutę. — añ. vnc. vij.  
 Foliorū Tamarisci. — añ. vnc. vij.

Efbrii, idest, Ebuli. —  
 Sabine. —  
 Balsamitę. —  
 Lilifagi, idest, Salvia. —  
 Ocimi. —  
 Polii. —  
 Calaminthę. —  
 Arthemisię. —  
 Enulę. —  
 Betonicę. —  
 Brancę Vrcinę. —  
 Spargulę, idest, Rubę  
 minoris. —  
 Herbę venti, idest, Ane-  
 mone cuiusvis spe-  
 ciei. —  
 Pimpinellę. —  
 Arimonię. añ. vnc. iij. ß.  
 Absinthii. —  
 Herbę paralysis, id est,  
 Primulę veris. —  
 Herbę Sanctę Marię. —



Cymarum Sambuci.	
Herbæ crassulæ.	
Mille folii.	
Semper vivæ.	
Chamædryos.	
Centauræ.	
Fragariæ.	
Quinque folii.	
Herbæ Tetrahit, id est,	
Orobi.	
Radici Evisci, id est,	
Althææ.	añ. vnc. iij.
Cymarum Myrti.	
Fœnugreci.	vnc. j. ß.
Butyri.	vnc. j. 3. ij.
Vrticæ.	
Herbæ Violariæ.	
Papaveris nigri.	
Menthæ Sarracenicæ.	
Menthæ Domesticæ.	
Lapathioli, id est, acetosæ	
Cardum celli, id est, Car-	
di sancti.	
Matris Sylvæ,	
Maturellæ, id est, Valeria-	
næ.	
Herbæ Moschathæ, id est,	
Ivæ Moschata.	añ. vnc. ß.
Alleluia, id est, Trifolij	
acetosi,	
Lingæ Cervinæ.	
Crispule, id est, Butalmi.	
vel oculis bovis.	
Camphorata, id est, Cha-	
mæ cyparissi Dioscori-	
dis, vel Abrotani Fœmi-	
næ.	
Styracis calamitæ.	
Medullæ Cervinæ.	
Thuris.	
Adipis Ursini.	
Axungia Gallinæ.	añ. vnc. j.
Mastiches.	
Olei Nardini.	vnc. ij.

Quia tot herbæ, quæ huius Vnguēti compositionem ingrediuntur raro simul omnes haberi possunt, quod ex diversis locis adferri solent proinde dum aliæ herbæ expectantur, vel inquiruntur, eas, quas habemus detri-  
mentum aliquod sentiant, sive exic-

centur, vel extabescant, vel vino infuse extam longa expectatione tandē corrumpantur, hunc nos conficiendi modum tutum satis, & ex arte observavimus. Herbas, quas simul habemus vino quidem per septem dies ex præcepto artis infundimus, hinc ex octo libris olei, quas tota Vnguēti compositio recipit, assumimus, quæ herbis, quas habemus ex proportione respondeat, ita vt si dimidiata herbarum omnium pars nobis sit, dimidiam etiam totius quantitatem olei assumamus. Et sic in reliquis ex proportione, ac huic olei parti herbas, quas tunc habemus in quoquimus, sicque hoc oleo servato cum reliquarū herbarum copia fit, quod reliquum est olei, cum illis exquoquimus semper ad portionem, atque ita cum iam omnes, licet, diversis temporibus, oleo etiam per partes incoctæ sunt, comode sic huius Vnguēti compositio-  
nem comparamus.

Hoc Vnguētum aliquantulum habet facultatem anodinam, proinde valet dolores sedare, calidum tamen est per excessum, sed hoc valde superat calore Vnguētum Aragon explicatum; est enim Aragó magis calidum; quavis enim constat vnguētū Marciatō multis herbis calidis, vt Calamintha, Ror emarino, foliis Lauri, Ruta, & similibus, hæc tamen ab aliis temperatis calore, vel ab humidis, vel à minus calidis rerunduntur. Multa tamen sunt medicamenta quæ in anodinam facultatem conspirant; in reliquis maximam similitudinem habet cum Vnguēto Aragon.

*Vsus Vn-  
guētum  
ciaton.*

DE VNGVENTO

Populeone.

Nicolaus adfert descriptionem huius Vnguēti, quæ sic habet.  
ꝛ. Oculorum Populi. lib. j. ß.  
Foliorum Papaveris nigri.  
Foliorum mandragoræ.  
Cymarum Rubi tenerrima-  
rum.  
Foliorum Hyoscyami.

*Vnguē-  
tum Popu-  
leon Nica-  
lai.*



Foliorum Solani.		
Vermiculatis.		
Lactucę.	añã.	vnc. iij.
Sempervivę.		
Personatę, idest Bardanę.		
Violarię.		
Scatum celli, idest, Umbilici		
veneris.		
Axungię Porcinę.		lib. ij.
Vini odoriferi.		lib. j.
Fiat Vngentum.		

*Ratio parandi.*

Modus autem parandi is est; contundantur optime Oculi Populi, & permisceantur cum Axungia, formetur Magdaleones, & dimittantur per duos dies; tertio die adde reliquas herbas contusas, quas optime permisce cum Oculis Populi, & Axungia, formentur iterum Magdaleones, & dimittantur per dies novem, tunc coquantur lento igne, addito vino, ad humiditatis aqueę consumptionem: coletur Axungia, exprimantur simplicia medicamenta fortiter, & vsui servetur Vnguentum.

Hoc Vnguentum caute parandum est, & reponendum ante confectionem, tunc post illius constructionem, ne aliquam alienam qualitatem contrahat; præcipue calorem, & empyreuma ab igne, quod accipere potest Axungia, licet, fluida res sit: nec possunt obstare rationes suo se in contrarium, cum experientia constet sepius redolere hoc Vnguentum empyreuma ab illius confectione contractum.

Explicandum nobis nunc est, quod superius promissimus, nonnulla esse medicamenta, quæ nequeunt parari in maiori, aut minori quantitate, quam in ea, sub qua descripta sunt ab auctoribus; huius generis sunt Syrupus de Absinthio compositus Mesue, Vnguentum Populeon præsens, & reliqua; quæ ea, quæ videntur accipere, ut materiam, non sic illa recipiunt, sed illa veniunt in compositionem, ut præter materiam, suam etiam tribuant composito facultatem. Hinc in Syrupo de Absinthio composito mesue succus Cydoniorum, & vi-

num odoriferum non sunt tantum materia coctionis, sed etiam suam exhibent Syrupo facultatem, & in hoc Vnguento præsentem in quo quamvis materia sit axungia, vinum tamē ingreditur hanc compositionem, ut ipso medio possit facultas omnium plantarum propositum in axungia migrare; quod commune est omni substantiæ aque fluidę. Est enim causa prohibens aduersionem rerum oleaginarum, & pinguium. Hinc ad quæcunque olea paranda per impressionem ignis calore, est aliqua addenda humiditas, ne inflamentur oleum, & pingua, & præter id, facultas, quæ est in plantis, aut floribus recentibus, veluti in aqueo subiecto diluta in humiditate aquea, quæ eiusdem naturæ in substantia est: deinde facile migrat in substantiam oleagineam, & per totam illius substantiam permeat: quod accidit in Vnguento Populeone dicto; ad quod parandum addit auctor in quantitate proposita lib. j. vini. Sed vinum præter duo proposita habet aliud tertium, quod, scilicet, suam communicat facultatem ipsi Vnguento; tribuit enim vehiculum tot rebus frigidis, ingredientibus Vnguentum hoc. In vino autem ex quatuor illis substantijs propria vini substantia vinosa dicta permiscetur cum ipsa axungia abstracta aquea vini substantia, & excrementitia per coctionem. Ex hoc ergo existit fundamentum, quod contendimus explicare. Ad id vero intelligendum illud, tanquam verum principium est statuendum, omne quod patitur, habere terminum suæ passionis, ultra quem non possit amplius pati, dummodo eadem sit semper eius dispositio. Vnde quando ex plantis prædictis paratur Vnguentum, omnes plantæ, ut dictum est, exacte contundantur, quæ (si recte à Nicolao traditum est hoc Vnguentum) exhiberunt suam substantiam ipsi axungię, post quam fuit consumpta humiditas aquea, & excrementitia vini, quæ consumptio, ut terminus

*Schedulæ aliquot non possunt in maiori quantitate reparari, quæ ab auctoribus traduntur.*



coctionis statuitur. Si igitur velimus conficere hoc Vnguentum in dupla, aut tripla quantitate secundum proportionem, est etiam augenda vini quantitas, vt substantia vinosa, post Vnguenti confectionem, commode respondeat singulis Vnguenti portionibus: si vero augeatur, vt reuera fieri debet, offertur hoc incommodum, easdem plantas, eadem constantes substantia, eodem modo dispositas, per longius tempus, & ad consumptionem maioris quantitatis, decoqui duplicata, aut triplicata descriptione tradita, quam coctæ fuerant in descriptione simplici proposita: quod si vinum tantum iniiciatur in simpla portione, scilicet, quantitate lib. i. reliquis duplicatis, triplicatis, aut quadruplicatis, vrget hoc aliud incommodum, vinosam substantiam non respondere viribus in duplicata, aut triplicata quantitate reliquorum, quemadmodum respondebat in simplici descriptione facta. Quod verum esse facile docet fundamentum illud, prius iactum, scilicet, vinum in hoc Vnguento parando non tantum prohibere inflammationem rei oleagineæ, vt axungia, nec tantum esse medium, vt facultas plantarum transeat in axungiam; sed præter id, vt dictum est, suam etiam exhibere facultatem in hoc Vnguento: secus res se haberet, si ad hoc Vnguentum conficiendum iniiceretur humiditas, quæ nullam accomodaret facultatem, sed tantum prohiberet axungia inflammationem, id esset medium ad transmigrationem facultatis: qualis humiditas est aqua simplex, post cuius consumptionem in Vnguentis, vel oleis parandis omnis excluditur ab his illius facultas. Haud dissimilis ratio est in parando Syrupo de Absinthio composito, in quo si duplicentur, aut triplicentur Absinthium, Rosæ, & Spica, duplicandus etiam erit succus Cydoniorum vna cum vino. Ex fundamento enim proposito non tantum in hoc Syrupo sunt coctionis materia, sed etiam rationem obti-

nent formæ, & facultate rei, duplicatis vero, aut triplicatis succo, & vino; Absinthium, Rosæ, & Spica, vel erunt decoquenda diutius, quam in simplici descriptione; quod fieri non potest, cum idem patiatur in duplicata descriptione, ac in simplici. Quantitas enim & moles medicamenti eadem seratione habet ad actiones, nihil addit, aut detrahit illis; sed modus substantiæ, vel tenuis, vel mediocris, vel crassus, vel densus, vel eiusdem substantiæ diversa dispositio; sic vero duplicata succi, & vini quantitate tantum decoquantur Absinthium, Rosæ, & Spica ad consumptionem, scilicet, dimidiæ partis, videlicet, lib. ij. ß. hoc aliud incommodum sequitur, quo tanta quantitas superest, excedens in proportione duplicata, aut triplicata, quantatem mellis, quæ tradita fuit in simplici descriptione, vt simul cum melle sint decoquendi liquores, tandiu, vt fere illorum facultas, & reliquorum, vaporis instat, omnino evolet, & evanescat. Quod si imminuantur hi liquores ad duplicandam, vel triplicandam Schedulam penes illam partem, quam censuimus per coctionem esse absumendam, vrget hoc aliud incommodum, quod non respondent proportionem vires, & facultates vini, & succi Cydoniorum quantitatibus reliquorum in duplicata, aut triplicata descriptione, quemadmodum constat in simplici respondere. Quod nititur sine dubio fundamento proposito, vinum, nimirum, & succum Cydoniorum præter quam quod in hoc Syrupo vices habeant materiæ, ingredi etiam propter suam ipsorum facultatem.

Hoc Vnguentum habet facultatem insignem refrigerandi, immo Narcoticum est; omnia enim simplicia medicamenta populo excepta, habent facultatem refrigerandi; quamvis id nonnullis, vt in Mandragora, Hyoscyamo, magis vigeat hæc facultas, quam in aliis; in populo vero controversa facultas reperitur, calida, scilicet, & frigida; & calida fa-



cultas inferuit reliquis simul cum vino, vt vehiculum; constat enim ex Galeni sententia 7. simpliciu, Leuce mixta quodammodo temperatura, ex aqua tepida, & terrena extenuata essentia conflare. Quamobrem, & abs-tergentis facultatis est particeps, & licet, Galenus loco citato de Leuce, idest, de Populo alba verba faciat, nigra tamen Populus similem habet facultatem, & vegetiorem aliquanto Populo alba. Ad hoc Vnguentum parandum accipiuntur oculi ex Populo nigra; alba enim populus non oculos, sed veluti flocos inter flores emit, vt cumque tamen sit, ingens odor reperitur in Populo nigra, veluti saporiferus, & inebrians cerebrum.

Hinc cum hoc Vnguentum constet frigida facultate, & narcotica, primus, & præcipuus illius vsus est, in febribus ardentibus, & phrenitide, ad conciliandum somnum quo tempore cum Opio, aceto dissoluto, aut citra opium partibus temporalibus dictis, & naribus adhibetur. Nam per eam partem transeunt rami arteriæ magnæ, & Venæ Cavæ Satis insignes. Secundus vsus huius Vnguenti est in hæmorrhoidibus ad mitigandum dolorem, quo tempore ipso vtuntur solo, vel permixto cum vitello ovi, tertius vsus huius Vnguenti est ad combustos, quo tempore ad sedandum dolorem, & ad medendum intemperiei calidæ, & empyreumati eo timur.

## DE CERATIS.

*Ceratorum  
forma, &  
materia.*

**H**ÆC medicamenti forma duriorē habet consistentiam, quam vnguenti nuper explicati; et molliorem, quam emplastri. Quandoque tamen hæc medicamenti forma vocatur Ceratum; quoniam ex oleo, et Ceratantum conficitur; licet, non habeat explicatam consistentiam. Hinc Galenus consuevit sæpe refrigerans ab eo hæc medicamenti forma vocare. Tertio Cerata vocantur, linthea vncta oleis, & Cera, vel aliis cum his: hinc Spadadrapum mox explicandum vocatur Ceratum. Materia Ceratorum per se nota est: ipsum enim nomen illam declarat, Ceram, scilicet, esse Ceratorum materiam.

Et firmiter adhæret, ineptissime parant, & citra omnem mentem Galeni, quos fefellit locus Ioannis Meue male ab ipsis intellectus in Antidotario, vbi adfert descriptionem huius Cerati; habet enim Mesue; ꝛ. Olei Rosacei omphancini, vnc. iiii. Cera alba, vnc. j. liquentur, & laventur lavationibus pluribus. Hinc primo loco liquant hæc duo prædicta in calore sicco, cum tamen ex Galeni sententia, & vt debita seruetur facultas, liquanda sunt in balneo, idest, in calore humido; quam liquationem existimant ipsi non posse fieri. Præter id etiam, quoniam habet Melues verbis propositis laventur lavationibus pluribus, ipsi sæpe affundunt aquam, quâ singulis vicibus eiciunt, & ex consequenti nulla aquæ portio remanet in Cera, & oleo imbuta; quoniam, vt imbuatur aqua cum aliqua re oleaginea, sensim, paulatim, & in minima quantitate per intervala est iniicienda. Galenus tamen desiderat, vt inferius dicimus, maximam aquæ frigidissimæ quantitatem ad hoc Ceratum parandum tantam, scilicet, quantum molliendo videamus recipere

*Ceratum  
refrige-  
rans Mes*

### DE CERATO REFRI- gerante Galeni.

**E**X tribus differentiis, aut quatuor Ceratorum, primo loco sese offert explicandum Ceratum refrigerans Galeni, quod imperiti Pharmacepolæ, immo fere omnes, quibus hæresis semel contra-

posse



posse Ceratum. Sed his omiſſis ad Meſuem redeamus, qui verbis illis propoſitis nulla ratione receſſit à Galeni ſententia; conſuevit enim Meſue, vt ex capite de lotione colligi poteſt, duobus modis medicamenta abluere aliquando per ſeparationem vel liquoris, vel alterius ſubſtantiæ, vt quando in animo eſt ſordes extergere, aliquando tamen per indiſiſionem, quo vltimo modo ad Pillulas Alephanginas parandas poſtquam ſemel lavit Aloem tum aqua pluuiali, ipſam iterum abluit cum Aromatum decocto; ita etiam hoc ceratum abluit Meſue pluribus lavationibus per indiſiſionem; & ſic nequaquam à mente Galeni receſſit.

Sed vt hæc exactius intelligantur, propria deſcriptio Galeni eſt proponenda, vt intelligamus, qua ratione debeat hoc Ceratum parari, ſic vero habet de eo verba faciens 9. cap. lib. 10. Methodi circa mediam partem capituli. Debebit autem ad id præparata eſſe Cera, quam optima, & elota; ſane optima fuerit, vel alba Pontica, vel quæ ex atticis fit favis. Eſto autem, & roſaceum, quod ex oleo fit à nonnullis vocato Omphancino, ab alijs crudo quodque citra ſalem fit conſectum, maxime vero ad rem pertinebit, ſi & ipſum oleum tenuium prorsus fit partium, cuiusmodi Sabinum eſt. Cum vti voles, ambo miſta liquantur in vaſe duplici factoque liquato Cerato (cuiusmodi, ſcilicet, erit, quod triplum, aut quadruplum ad Ceram roſaceum habet) poſtquàm ipſum fuerit refrigeratum, miſceto ei paulatim in mortario tatum aquæ, quantum in ſe, dum cum ea mollitur, accipere poſſit; expedit autem & Ceratum ipſum prius admodum eſſe refrigeratum, atque etiam, quæ huic miſcebitur, aquam eſſe frigidiffimam, abunde autem Ceratum refrigeratis; ſi cum modice coivit totum vaſ, in quo continetur, in aquam frigidiffimam dimittas. Quod ſi aceti quoque admodum tenuis, ac clari paululum adijcere velis vtique magis adhuc

tum refrigerans, tum humectans medicamentum efficies. Conſtat ergo ex his Galeni verbis in duplici vaſe, hoc eſt, in balneo, Mariæ eſſe illa duo liquanda, & poſtquam fuerint refrigerata; miſcebitur palatim tantum aquæ, quantum in ſe recipere poſſint, & aqua ſit frigidiffima, qualis ex nive refrigerari ſolet; vltimo addetur acetum.

De facultatibus huius Cerati non eſt cur verba faciamus, cum de illis Galenus loco citato, & alijs, in quibus de eo verba facit, abunde pertractet.

## DE CERATO SANTALATO.

Hoc Ceratum paratur ex Meſue ſententia in Antidotario, cuius hæc eſt deſcriptio;

ʒ. Roſarum.	_____	3. xij.	Ceratum Santalatum Meſue.
Santali albi.	_____	añ. 3. vj.	
Santali citrini.	_____	_____	
Santali rubri.	_____	3. x.	
Boli Armeni,	_____	3. vij.	
Spodii.	_____	3. iij.	
Camphoræ.	_____	3. ij.	
Ceræ albæ.	_____	3. xxx.	
Olei roſarum.	_____	lib. j.	

Liquetur Cera cum Oleo, & cum coacta fuerint, reliqua in pulverem redacta permisceantur.

Optimum eſt hoc Ceratum ad refrigerandum, & roborandum; ſed præcipue ipſum hepar, & ita eo vtuntur Medici per ſe, & cum oleo ex Portulaca, in deiectionibus hepatis, bilioſis, & quotieſcunque hepar intemperie calida laborat. Tū etiam, & in intemperie calida renum, vt in Symptomate diabete dicto, quod ſtatim ſequitur intemperiem calidam.

## DE DECERATO EX Tapsia.

**L**icet in officinis non ſeruetur Ceratum ex Tapsia, quoniam tamen à Medicis frequentissime

ſime

Ceratum  
refrige-  
rans Gale  
ni ex ipſo  
met textu  
Gal. tran  
ſcriptum

uſus Ceræ  
ti Santalis



sime describitur, idcirco de eo nonnulla præcipere decrevimus; sed primo loco trademus descriptionem, quæ frequentissimè sic habet;

*Ceratum de Tapsia v. suale.*  
**Rx.** Pulveris corticum radicis Tapsiæ recentis. ——— vnc. ij.  
 Ceræ. ——— vnc. j. ß.  
 Terebintinæ. ——— vnc. ß.  
 Fiat Ceratum tuper alutam pro bregmate.

Sed observandum est à multis hoc Ceratum sub maiori quantitate Ceræ, ab aliis sub minori, quod idem accidit Tapsiæ, & Terebinthinæ, fieri. Sed ne metas transgrediantur, oportet animadvertere, Ceram in hoc Cerato vicem habere materiæ, radicem Tapsiæ basim esse, Terebinthinam vero addi, vt dum bregmati admoveatur hoc Ceratum, adhæreat. Nam sine qua nulla ratione, aut difficulter adheret; sed sciendum est, quanto Cera in minori quantitate immisceatur, tanto præstantius Ceratum evadere; quantitas vero destinata est, quæ possit in se commode Tapsiam recipere; Terebintinæ vero exigua sit portio, sub qua portione possit glutem tribuere. Non dubium tamen sub quantitibus traditis commodissime posse parari Ceratum; nam si augeatur Tapsia, siccius evadet Ceratum ita, vt non hadereat: si vero

augeatur Cera, vt perperam à multis fit, imbecillius existit Ceratum, & præterea superat admodum quantitas in parando Cerato ad formam prædictam Bregmatis.

Frequentissimus est vsus huius Cerati apud Medicos, dum reliqua peracta sunt, in vehementissimis distillationibus ad exiccandum, ad attrahendum humorem efficientem distillationem; vnde vlcerat caput maxima acrimonia Tapsiæ.

## DE CERATO SPATHA DRAP dicto.

Magistraliter paratur hoc Ceratum hac ratione;

*Spada drap Magistrale.*  
**Rx.** Olei veteris. ——— lib. j.  
 Cerussæ. ——— vnc. vj.  
 Coquantur sensim Spatha semper movendo ad Cerati crassitiam; tunc adde

Ceræ albæ. ——— vnc. iiij.

Qua liquefacta immitte linteum longitudine vnus cubiti, deinde immitte linteum supra tabulam, aqua madefactam, & digitis perfrice, vt optime sit perpolitum ex vtraque illius parte, & sic ad usum servetur.

Vsus huius Cerati frequentissimus est in vlceribus antiquis, ad illa exiccanda.

## DE EMPLASTRIS:

**Q**UÆMAMODVM in superioribus formam, & materiam proposuimus, sic etiam, dum agimus de Emplastris, primo loco docemus, formam huius medicamenti duriorem habere consistentiam reliquis omnibus, quæ exterius applicantur. Nam de Cataplasmatibus, quæ in ordine tractationis sequebatur cetera, nullam facimus mentionem, cum tantum sit nobis institutum agere de medicamentis reconditis in officinis

Valentinis.

Materia Emplastrorum frequentissimè est illud omne, quod duram habet consistentiam, & liquabile est, vel quod per se, vel cum aliis simul medicamentis reliqua potest excipere. Huius generis sunt Cera, Pix, Colophonia, Sevum, Lithargyrium cum oleo dilutum; Minium, Cerussa, & similia his. Hinc sapientissimè quam plurima Emplastra, habent pro materia solam Cerussam, vt Emplastrum de geminis; multa solum Lithargyriam



vt Diachilon commune, sive album Rhafis dictum, multa Lithargyrium, Ceram, & reliqua simul, vt Diachilon Mesue, & similia his alia Emplastra. In summa ergo quodeumque vel per se, vel per aliud, dum liqueatur, reliqua potest excipere medicamenta, ad duriores omnibus consistentiam ex his, quæ exterius applicantur, est Emplastri materia.

## DE EMPLASTRO DE Diachilone Rhafis.

**I**N officinis Valentinis duæ differentiæ Diachilonis servantur; altera vocatur sub nomine Diachilonis magni: altera vero circumfertur sub nomine Diachilonis communis, sive Rhafis. Et posterior, de qua est sermo, sic paratur;

*Diachilō commune sive Rhafis.*

**R.** Mucilaginis seminis Fœnugreci. —  
Mucilaginis seminis Lini. —  
Mucilaginis radicis Altheæ. —  
Lithargyrii tenuissime triti. — lib. j. β.  
Olei antiqui clari. — lib. iij.  
Fiat Emplastrum.

*Modus parandi.*

Ad quod parandum, nonnulli primo loco absumunt Mucilagine cum Oleo; deinde Lithargyrium, & coquant illud ad Emplastri consistentiam; Alii dimidiam partem Mucilaginis absumunt cum oleo, aliam dimidiam partem cum Lithargyrio addunt; quæ tria simul per coquant ad Emplastri consistentiam. Alii tandem Mucilagine integra quantitate, oleum, & Lithargyrium simul, igni exponunt, & decoquant illa, semper spatula agitando, ad Emplastri consistentiam. Ex quibus modis vltimus laudandus est; sic enim præservatur Lithargyrium, ne aduratur, quod monstrat albedo Emplastri; album vero evadit, magis his duobus modis paratum, quam primo superiori proposito.

Hoc Emplastrum temperatissimæ facultate est; & ita vsus illius laudatus est in schirris, & aliis rebellibus tumoribus.

*Vsus Diachilō Rhafis.*

## DE EMPLASTRO de Diachilone magno.

**E**X Mesue paratur hoc Emplast. hac ratione.

Lithargyrii triti, & cribro transmissi.	vnc. xij.	<i>Diachilō magnum Mesue</i>
Olei Irini.	—	
Olei Chamæmelini.	añ. vnc. viij.	
Olei Anethini.	—	
Mucilaginis seminis Lini.	—	
Mucilaginis fœnigræci.	—	
Mucilaginis radicis Altheæ	—	
Mucilaginis siccuū pinguiū	—	
Mucilaginis Passularum.	—	
Succi Ireos.	añ. 3. xij. β.	
Succi Scillæ.	—	
Oesyphi humidæ.	—	
Glutinis Alzanach.	—	
Terebinthinæ.	vnc. iij.	
Resinæ pini.	añ. vnc. ij.	
Ceræ Citrinæ.	—	

Fit Emplastrum hac ratione. Lithargyrium, Olea, Mucilagine, & succi simul coquantur ad Emplastri punctum; tunc adduntur œsypus humida, & gluten Alzanach, quibus liquidis imponuntur Terebinthina cocta & cera, vltimo Rasina in pulverem redacta, cum refrigerari cæperit Emp.

*Modus parandi.*

Etiam si actum à nobis non sit de Scilla con- sideratio. Scilla tunc, cum iure agi potuit, ni- mirum, cum de Oximelle Scillitica disputaremus, aliisque multis in locis, agetur quidem in hoc, quando quidem hoc Emplastrum ingreditur. Solet hæc ex Africa, & Insulis Balearibus tantæ adduci magnitudinis, vt iure miremur. Ea mirifice respondet omnibus circumstantiis, & descriptionibus, quæ à Mesue, aliisque gravissimis viris afferuntur. Sed cum veræ, & germanæ Scillæ neque facilis, neque magna sit copia, solemus vti minore



Scilla, quæ est Pancration Dioscoridis, quod eadem, remissius tamen paulo, præstet, quæ vera Scilla, vt Dioscorides in capite, quod de illa confecit ex instituto, docet. Hæc minor Scilla in Valentino Regno tam læta provenit, vt eius sit in littoribus maris ingens copia. Sed quidã, quod ex animo delendum est, nec sine lachrymis dici potest, alia planta vtuntur, quæ nihil habet cum vera Scilla commune. Ea est radix quædam bulbosa, Hemerocalis vocata. Hunc perniciosum errorem in vsum invexerunt imperiti herbarum collectores. Id circo Pharmacopolas admonitos volumus, ne se falli fiant cum summo ipsorum dedecore, & perniciæ generis humani, cum inter vtramque maximum discrimen sit cum ipsa specie, & figura, tum facultate.

Illud vero non est silentio involvendum, quod Theophrastus de vera Scilla scripsit, eam, videlicet, ter in anno florere. Quod certe nobis non videtur verisimile. Nam summam adhibuimus, & multam diligentiam, accuratamque animadversionem in eo explorando; & tamen semel emittere flores, vt reliquas omnes plantas, vidimus. Quid vero Theophrastum moverit, vt ea scriberet, non dum potuimus intelligere.

Ex hac vera Scilla Mesue conficit nobile illud Acetum Scilliticum, de quo hoc in loco, cum in proprio agere non licuerit, tradita illius conficiendi ratione, pauca dicemus. Conficitur ergo huc in modum; Scillæ laminas inter coctione, & cor medias, acu lignea filo consutas tanto intervallo, ne se contingant, siccabis in umbra dies quadraginta; postea conficillam cultro ligneo, libram vnam dies quadraginta in aceti boni albi libris octo, in vase vitrato, stricti orificii, bene obstructo; macerabis postea colabis; & cum opus fuerit, veteris. Ex hoc aceto paratur Oximel scilliticum, de quo egimus tractatu de Syrupis.

Glutē Alzanachsaplentia.

Ad hoc Emplastrum parandum of-

ficinæ Valentine viscum, quo aves capiuntur, iniiciunt loco glutinis Alzanach; alii tamen Pharmacopola in variis aliis regionibus, loco glutinis prædicti, Gummi haderæ accipiunt; quibus favent quam plures auctores. Nam de hac re multi meminerunt; poterat tamen parari gluten prædictum facillimo negotio in locis maritimis, in quibus ad manum est, piscis, ex cuius cauda hoc gluten Alzanach est parandum.

Optimum est hoc Emplastrum ad emolliendos, & digerendos tumores. Hinc ex eo cum Diachilone communi sive Rhasis explicato sub quantitate vnc. vj. & ex vnc. j. gummi in Aceto dissoluti parantur Emplastravulgatissima contra glandulas appellata, quam mixtionem Valentini vocant Aguaxach.

## DE EMPLASTRO dia Palma.

EX Mesue etiam Antidotario paratur hoc Emplastrum hac ratione;

**R**. Olei veteris. — | añ. lib. iij. *Emplastrum dia Palmæ.*  
Litargyrii. — |  
Axungie porcine, sine sale. — | lib. ij.  
Vitrioli, idest, Chalcanthi. -- vnc. iij.  
Fiat Emplastrum.

Ad hoc Emplastrum parandum prius comburitur Vitriolum vique dum rubrum colorem accipiat; dum tamen conficitur hoc Emplastrum, omnia prædicta igni exposita, agitantur cum tribus ramis Palmarum, à quibus inditum fuit huic Emplastro nomen; Sed hoc idem Emplastrum vocat Galenus Diachalciteos, à quo illud desumpsit Mesues.

Præstantissimum est hoc Emplastrum ad vlcera antiqua curanda, quo humiditatem maxima utilitate absumit, citra aliquam mordicationem; hinc ad vlcera prædicta ex ip-



so per se parantur Emplastra à Chirurgis.

## DE EMPLASTRO

*Stomaticone confortativo.*

Magistraliter paratur hoc Emplastrum in hunc modum;

<i>Emplast. stomatico confortativum.</i>	Rx.	Abſinthii. _____		añ. vnc. ij.
		Rofarum. _____		
		Mentha. _____		
		Corticum citri. _____		
		Anifi. _____		añ. 3. xvj.
		Fœniculi. _____		
		Ligni Aloes. _____		añ. 3. xij.
		Galanga. _____		
		Cariophyllorum. _____		
		Spicæ nardi. _____		
	Cinnamomi. _____			
	Styracis Calamitæ. _____			
	Zingiberis. _____	vnc. ij.		
	Mastiches. _____	vnc. j.		
	Thuris. _____	vnc. iiij.		
	Ladani depurati in vino. _____	lib. iiij.		
	Pifcis. _____		añ. lib. ij.	
	Ceræ. _____			
	Terebinthinæ. _____			
	Fiat Emplastrum.			

*Modus parandi.*

Ad hoc Emplastrum parandum, ex ceptis liquabilibus, & Ladano, in pulverem subtilem rediguntur, & extra ignem liquabilibus permiscuntur; ac denique formantur Magdaleones. Et licet variæ extent descriptiones huius Emplastri sub nomine citato, & sub nomine Emplastri pro stomacho, vt licet videre apud Nicolaos, & præcipue apud Nicolaum Præpositum; hæc sane descriptio inter reliquas respondet viribus, & facultatibus, quarum causa in usu est.

*Vsus Emplastri stomaticonis*

Præcipuus tamen vsus huius Emplastri est ad aparandū illud Emplastrum super alutam, aut super pannum coccineum ad scuti formam pro

stomacho, cuius altera pars acuminata ponitur in principio mucronatæ cartilaginis; duæ vero aliæ partes partem infernam amplectuntur, & simul totum Emplastrum ventriculi regionem. Utuntur ergo Medici hoc Emplastro ad roborandum ventriculum, ad vomitum sistendum, & ad corrigendam frigidam illius intemperiem; ac proinde non tantum describunt hoc Emplastrum Medici per se, sed ex eo etiam parant Unguenta, quo tempore illud addunt in fine descriptionis loco Ceræ. Illud tamen est observandum difficile cum hoc Emplastro solo, & oleis, nulla adiecta Cera, posse parari unguenti formam, bene tamen citra ceram parari liniamenti consistentiam. Vnde si animus sit Medico formam unguenti acquirere, oportet addat in fine descriptionis, Ceræ parum, & fiat Unguentum.

## DE EMPLASTRO Oxicroceo.

Huius Emplastri descriptionem desumimus ex Nicolao Salernitano, quæ sic habet;

Rx.	Croci. _____		añ. vnc. iiij.	<i>Emplastrum oxicroceum Nicolai.</i>
	Picis navalis. _____			
	Calophonæ. _____			
	Ceræ. _____		añ. vnc. j. 3. iiij.	
	Terebinthinæ. _____			
	Galbani. _____			
	Ammoniæ, _____			
	Mirrha. _____			
	Thuris. _____			
	Mastiches. _____			
	Fiat Emplastrum.			

Ad hoc Emplastrum parandum gummi in aceto dissoluuntur; coquuntur ad formam Emplastri, quæ pinguis liquatis permiscuntur his vni inferioribus dicimus, reliquis in pulverem redactis: Crocus vero manibus permiscetur oleo Laurino inunctis supra lapidem; tandem formantur Magdaleones.

Opportune quidem evenit, vt hoc

*Gummi exacta per*



*miscendi ratio in Vnguentis & Emplastris.*

in loco ageremus de recta methodo, atque regula miscendi gummi in Emplastris, & Vnguentis, ne aliqui Pharmacopola turpiter labantur, vt certe labuntur in eorum permissione. Fit enim sapere, vt dum illa cum Emplastris, & Vnguentis misere contentant, separentur, ac disgregentur. Huius rei culpam sustinet Pharmacopolarum quorundam inscitia, aut exiguus vsus, & excitatio in illis permiscendis. At si nos audire voluerint, felicem in posterum exitum fortientur. Ergo oportet, vt gummi in Vnguentis instat linimenti liquefcat, & mox refrigerentur per se, vt cum vnguentis etiam frigidis misceantur; deinde vnguentum sensim est infundendum supra gummi. Atque ita facile coalescent, & miscebuntur; nec periculum erit, ne, alio singulis dilabentibus, separentur omnia, & separentur. Cur enim separentur, nec inter se, vt oporteat, coalescant, causa est, quod calida misceantur. Emplastrorum vero alia ratio est. Gummi enim sunt maxime coquenda omni pæne consumpta humiditate. Sic se se multo arctius in Emplastris complectentur, & coalescent, quod spissa sint, dura omnemque humiditatem, qua possent diffluere, excludat. Quod si admittatur Terebinthina, erit illa quidem paulatim in gummi permiscenda, modo Emplastri formam præferat. Oportet etiam, vt Pharmacopola in hac Terebinthina decoctione, tempus ipsum anni diligenter attendat. Nam æstate erit vehementius coquenda, quam hyeme, & sensim eam permista, paulatim addetur Emplastrum, donec omnia egregie coierint. Atque hæc erit aptissima praxis, seruanda non modo in Emplastris, sed etiam in Vnguentis. Quid si Emplastrorum non constet Terebinthina, & gummi caleant, frigeat Emplastrum, tum quidem omnia sensim immisso Emplastro in gummi, donec perfecte coaluerint, miscebuntur.

*Vsº Emp. Oxierocci*

Huius Emplastri vsus optimus est in dolore contracto ex aliqua contu-

sione, in ossium fracturis, & dislocationibus. Parantur quoque ab obstetricibus Emplastra ad vmbilicum puerorum ex hoc, & ex Emplastro contra rupturam, & ex Emplastro contra Gulielmi Seruitoris, & ex Propoli, bitumine, scilicet, in favis reposito, simul permixtis.

*Emplast. ad vmbilicum puerorum.*

DE EMPLASTRO Gulielmi Seruitoris.

Magistraliter hoc Emplastrum sic paratur;

- |                  |                |
|------------------|----------------|
| Piscis navalis.  | lib. iij.      |
| R. Cera Citrina. | añ. lib. j. ß. |
| Resini Pini.     | añ. lib. j. ß. |
| Colophoniæ.      | lib. j.        |
| Terebintine.     | lib. j.        |
| Nasturcii.       |                |
| Baccarum Lauri.  |                |
| Sulphurii vivi.  |                |
| Seminis Anisi.   |                |
| Absinthii.       | añ. vnc. iij.  |
| Pulegii.         |                |
| Croci.           |                |
| Mastiches.       |                |
| Thuris.          |                |
| Zingibeeis.      |                |
| Caryophyllorum.  | añ. vnc. j.    |
| Cinnamomi.       | añ. vnc. j.    |

*Emplast. Gulielmi Seruitoris.*

Fiat Emplastrum, liquatis liquabilibus, & reliquis in pulverem subtilem reductis.

Hoc Emplastrum optimum est in affectibus propositis in Emplastro Oxierocce, & frequentior est vsus huius, quam illius.

*Vsus Emplast. Gulielmi Seruitoris.*

DE EMPLASTRO contra conuassatione.

Hoc Emplastrum magistraliter paratur hac ratione;

- |                  |             |
|------------------|-------------|
| R. Cera citrina. | vnc. viij.  |
| Terebinthina.    | añ. vnc. x. |
| Resina.          |             |

*Emplast. contra conuassationem Magistrale.*



Betonica. \_\_\_\_\_ vnc. iij.

Baccarum Lauri. \_\_\_\_\_

Thurts. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. ij.

Mastiches. \_\_\_\_\_

Cimini. \_\_\_\_\_

Sulphuris vivi. \_\_\_\_\_ añ. vnc. β.

Fiat Emplastrum, coquendo prius Terebinthinam ad debitum punctum; tunc additur cera, qua liquata, reliqua in pulverem subtilem redacta miscentur.

*Vsus Emplastrum contra conquassationem*

Hoc Emplastrum eisdem præstat vsus, quos præstant duo Emplastrasuperius proposita, ac proinde fere semper permiscetur hoc cum illis ad Emplastrasuper alutam paranda. Inest tamen in hoc Emplastro, præter dicta, peculiaris vis gerendi, ac dissipandi humorem extravasatum ex contusionibus; sed vsus huius Emplastri non debet esse in contusione recenti, sed transacto prius vsu Emplastri de micapanis.

## DE EMPLASTRO de Centaurea.

**D**esumitur huius Emplastri descriptio ex Guidone capite de cura cranii fracti, quæ sic habet;

Terebinthinæ. \_\_\_\_\_ lib. j.

**R.** Ceræ Cetrinæ. \_\_\_\_\_ añ. vn. iij.  
Mellis Centauræ. \_\_\_\_\_

Resinæ. \_\_\_\_\_ vnc. j. β.

Thuris. \_\_\_\_\_

Mastiches. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. j.

Gummi Arabici. \_\_\_\_\_

Lactis mulieris. \_\_\_\_\_ vnc. ij.

*Emplastr. Centauræ Guidonis*

*Ratio componendi.*

Fiat Emplastrum hac ratione, prius Terebinthinam ad Emplastri punctum coque, tunc adde Ceram; quo facto, accipe Mel centaureæ in alio vase, in quo gutatim per intervalla immisce Terebinthinam, & Ceram, iam prius per se, ut dictum est, liquatam; & agita, quousque recte permisceantur. Postremo adde reli-

qua in pulverem redacta, & cum lacte mulieris malaxa Emplastrum, & fac Magdaleones.

Hoc Emplastrum optimum est in vulneribus capitis, & præcipue illud apponunt Chirurghi supra cranium nudatum. Roborat enim ossis naturam; illius siccitatem conservat; tergit si aliqua sunt excrementa; & inde supra illud optima fit carnis generatio.

*Vsus Emplastri Centauræ.*

Facultas tergendis, & roborandi partem ipsam prædictam, licet, ex aliis possit provenire; præcipue tamen provenit ex vasi huius Emplastri, ex Melle, scilicet, centaureæ, quod Mel ex duobus tantum componitur, ex floribus Centauræ minoris Melle prægnantibus, contusis, ac infusis in Vinum album, per diem, & noctem coctis ad dimidias, quibus expressis, & abiectis, coquitur vinum ad Mellis consistetiam; ac inde ex duobus iis habemus Mel centaureæ paratum; Flores vero Centauræ amarissimi sunt; hinc extergendi in ipsis inest facultas; vinum vero album roborandi, ac exiccandi habet facultatem.

*Mel Centauræ.*

## DE EMPLASTRO de Palmitibus.

**F**requentissime apud Valentinos paratur Emplastrum hoc, vulgo vocatum de Magallò, quod Magistralter sic fit;

Olei Rosarum. \_\_\_\_\_ lib. j. β.

**R.** Cerussæ. \_\_\_\_\_  
Lithargyrii. \_\_\_\_\_

Terebinthinæ. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. vj.

Ceræ novæ. \_\_\_\_\_

Colophonij. \_\_\_\_\_

Palmarum agrestium. \_\_\_\_\_ nu. vj.

*Emplastr. de Palmis Magistrale.*

Paratur Emplastrum imponendo Oleum Rosarum in vase cum Lithargyrio, & Cerussa, quæ agitanda sunt cum Palmitibus usque dum coctum sit. Emplastrum, addendo ultimo Terebinthinam prius ad Emplastri punctum coctam Colophoniam, & Ceram.

*Ratio componendi.*

Hoc



Vsus Emplast. de Palmitibus.

Hoc Emplastrum optimum est ad extergenda, & exiccanda excrementa, & humida, quæ apparent in vlceribus; & præcipue vsus eius est in vlceribus antiquis, dum leviora medicamenta non profunt, vel molestum est vti medicamentis in forma Vnguenti; quia statim liquantur. Proinde parantur Emplastra prædictis vlceribus, quorum si aliqua sit inflammatio, corrigitur propter permixtionem olei Rosacei, & Cerussæ.

DE EMPLASTRO  
contra Rupturam.

Magistraliter paratur hoc Emplastrum hac ratione;

	R̄.	Nucum cupressi.	—	
		Acaciæ.		
		Hypocistidis.		
Emplast. contra Rupturam magistrale.		Balaustiarum.		
		Gallarum.		
		Gummi Tragacanthi.		
		Gummi Arabici.		
		Sanguinis draconis.	añ.	vnc. j.
		Boli armeni.		
		Thuris.		
		Myrtillorum.		
		Corticum seminis sumach.		
		Galangæ.		
	Carabz.			
	Bistortæ.			
	Symphiti.			

		Lapidis Hematitidis loti, & præparati.		vnc. iiii.
		Colophoniz.		
		Picis navalis.		añ. lib. j.
		Mastiches.		
		Terebinthinæ.	añ.	lib. ß.
		Ceræ.		

Vsus Emplast. contra rupturam magistralis.

Misceantur omnia ex arte; & fiat Emplastrum. Optimum est hoc Emplastrum ad Hernias curandas, puerorum præsertim aquosa; habet enim insignem facultatem comprimendi, roborandi, & absumendi aquam ex

tot medicamentis siccis, & terrenis; modica etiam inest vis in hoc Emplastro diggerendi, ac proinde aliud præstantius inferius proponemus. Frequentissime tamen obstetrices parant ex hoc Emplastro, Emplastrum quedam vmbilico puerorum. Miscent enim hoc Emplastrum cum Emplastro Gulielmi Servitoris, cum Propoleo, & aliquando cum Galbano, ex qua mixtio ne propter Galbanum, facultas reperitur emendandi Herniam flatuosam. Utuntur etiam hoc Emplastro Medici cum foelicissimo succellu ad festum detinendum, quo tempore paratur Emplastrum ex ipso solo ad formam quarti folij papii, & apponitur in ea regione, in qua verus alligatur vertebra Lumborum.

DE EMPLASTRO  
contra ropturam de pelle Arietina.

SUNT qui ex Gilberto Anglico cap. de Ruptura, & relaxatione Sifac, hoc Emplastrum parant. Nostræ tamen Officinæ Valentiniæ, quod à Guidone proponitur tractatu. 7. de Antidotis proprietatis, cap. 7. de auxiliis verendorum, & partiū eius in vsu tenet, cuius descriptio est, quæ sequitur;

R̄.	Picis navalis.	—	añ. vnc. iij.
	Colophoniz.	—	
	Lithargyrij.		
	Ammoniæ.		
	Opopanacis.		
	Galbani.		
	Bdelli.		
	Mastiches.	añ.	vnc. j.
	Sagapeni.		
	Terebinthinæ.		
	Corticum seminis Sumach.		
	Consolidæ maioris.		
	Consolidæ minoris, & loco eius Tormentillæ.		
	Visci quercini.		
	Lapidis hematitidis.		

Emplast. contra rupturam ex pelle arietina Guldonis.



Thuris.	} vnc.β.
Gypsi.	
Myrrha.	
Aloes.	
Numiæ.	
Boli Armenici.	
Sanguinis draconis.	
Aristolochiæ.	
Vermium terrestrium.	
Sanguinis humani.	
Pellis arietinæ recētis à pillis abraf- sa.	n.j.

Fiat Emplastrum.

*Ratio cõ-  
ponendi.*

Modus autem componendi est, vt sumas sanguinein optimum humanu, quod nostris temporibus, ob nimiam sanguinis missionem inuenies, in quacumque officina Chirurgorum; & immitte supra fornurn, vt siccetur aliquantulum: deinde exicca in vmbra optime, vt pulvis fieri possit; vermes etiam siccantur in sole. Deinde accipe omnia alia medicamenta, præter gummi, Ammoniacum, Galbanum, Oppopanacem, & Sagapenum, quæ dissolvenda sunt Aceto, vt superius dictum est; & tere subtiliter, & cum hoc præparatum fuerit, nimitum Gummi dissoluta, & alia omnia trita subtiliter accipe duas, aut tres pelles arietinas pilis abrafis, & in parvas partes divide; deinde coque vehementer, donec in modum glutinis fiat, & cum probe cocta fuerint, accipe ex glutine lib.j.β. quæ quãtitas convenit ad formationem Emplastri. His omnibus iam paratis, nimirum, pulveribus, Glutine, Gummi dissolutis, accipe Picem navalem, Colophoniam, & Terebinthinam, & liquata simul post liquationem immitte supra Gluten calidum; & agita spatha; & fiat permixtio. Ijs ita peractis, immisce Gummi dissoluta, & cum bene permixta sint Gummi, in fine adde omnes pulveres, & manibus bene commisce, & fac Magdaleonis. Et hæc est ratio, & praxis componendi hoc Emplastrum, quantum potuimus assequi.

*Vsus Em-  
plastri de  
pelle arie-  
tina.*

Vsus huius Emplastri frequentissimus est ad consolidandum, & vniē-

dum peritonæum ruptum in ea regione, in quam, vel omentum, vel intestina descendunt, & præterea optimus vsus huius Emplastri est in hernia aquosa, & flatuosa. Nam præterquam quod vnit, & firmat ruptas partes, & laxatas; valet etiam humorem contentum discutere, absumere, & potenter etiam flatus dissipare. Id monstrant tot medicamenta astringentia, quæ possunt robur partibus tribuere, easdemque firmare; id præterea ostendunt tot gummi; Galbanum, Ammoniacum, Opoponax; & præterea partes roborare, & denique alia medicamenta multa, vt Bdelium, Myrrha, Aloes, Mumia, & Aristolochia valent has partes firmare; humorem etiam incidere, & attenuare, & tergere, & ad extremum aliis vsibus inservire. Nam pellis arietina, Pix Colophoniam, & similia præcipue præbent materiã, tum etiam & sanguis humanus: Sed præter id pellis arietina fovet partis colorem, & reliqua amplectitur admodum Glutinis, vt inde optima fiat reliquorum actio in parte rupta, & laxata. Denique multum prodest hoc Emplastrum ad Eneurisma curandum.

## DE EMPLASTRO contra durities.

Magistraliter paratur hoc Emplastrum hæc ratione;

Mucilaginis Al-	} añ. lib. ij. β.
theæ.	
Enulæ.	
Yreos.	
Passularum.	
Olei Chamæmelini.	
Olei Anethini.	
Olei Rosarum.	
Olei Lili albi.	
Olei Amygdalarum dul-	
cium.	añ. vnc. iij.
Axungie gallinæ.	añ. vnc. j. .ij.
Axungie Anatis.	

*Emplast.  
contra du-  
rities Ma-  
gistrale.*

Olei



Olei Irini. _____	vnc. j. β.
Olei Mastichini. _____	añ. vnc. j.
Olei Nardini. _____	

Medullæ cruris vac- cæ. _____	añ. vnc. iij. β.
Medullæ cruris vituli. _____	
Butyri recentis. _____	
Sepi vituli. _____	vnc. liij. β.
Hyslopi humidæ. _____	
Styracis liquidi. _____	vnc. j. β.

Bdelli. _____	añ. _____	vnc. iij.
Serapini. _____		
Ammoniæci. _____	3. ij. g. xv.	3. iij.
Spicæ. _____		
Croci. _____	vnc. v. 3. ij. β.	q. f.
Terebinthinæ. _____		
Ceræ. _____		

Fiat Emplastrum.

*Modus cõ  
ponendi.*

Ad prædictum Emplastrum paran-  
dum Mucilagines sunt decoquendæ  
cum oleis, & sevis ad consumptionem  
humiditatis aqueæ, tunc imponenda  
est Terebinthina ad punctum Empla-  
stri cocta, & lib. j. Ceræ, quæ quantitas  
competit Emplastro, cum omnia li-  
quidam substantiam obtineant; & cū  
cæperint refrigerari, addantur Gum-  
mi modo superius dicto, dissoluta,  
deinde Hysopus humida, & stirax,  
ultimo vero Crocus, & Spica in poli-  
nem redacta.

Sed observandum est, habere non-  
nullas descriptiones huius Emplastri,  
prædictarum Mucilaginum Singula-  
rum vnc. ij. β. vbi nos legimus lib. ij.  
β. revera tamen quemadmodum quã-  
titas lib. ij. cum β. ex singulis medi-  
camentis est immoderata facta com-  
paratione cum oleis, & Sevis, sic etiã  
quæ traditur sub quantitate vnc. ij. &  
β. ex vna quaque re videtur admo-  
dum parva. Et proinde existimamus  
mentem compositoris fuisse iniicere  
quantitatem ij. lib. cum β. prædicta-  
rum Mucilaginum ex illis quatuor  
rebus, simul, & non esse legendum  
añ sub hac enim quantitate extant  
Mucilagines simul cum alijs emol-  
lientibus in actione; nec sequitur in-  
de incommodum, quod sequeretur,

& sequitur, si iniiciamus singularum  
prædictarum quatuor rerum lib. ij.  
& β. Mucilaginum. Incommodum  
vero est hoc, quod Mucilagines ad pa-  
randum prædictum Emplastrum sunt  
decoquendæ cum oleis, & sevis ad  
consumptionem humiditatis aqueæ,  
& per tam longam coctionem vis, &  
facultas oleorum evolat, ac evanes-  
cit. Id experientia docet: nam in  
odora remanent olea; sunt enim lib.  
x. Mucilaginum absumentæ cum lib.  
ij. & aliquot vnc. oleorum, & pin-  
guedinum, hoc vero incommodum  
non sequitur si ij. tantum lib. cum β.  
iniiciantur omnium Mucilaginum.

Inest in hoc Emplastro vis emol-  
liendi, & digerendi, quod series me-  
dicamentorum demonstrat. Huic cõ-  
modissime eo vtuntur Medici ad du-  
ros tumores emolliendos, & resol-  
vendos, aliquando per se, aliquando  
per mixto cum Emplastro Ioannis  
Vigonis de Ranis sub paribus portio-  
nibus, vel sub maiori, aut minori  
pro variis scopis.

*Vsus Em-  
plastri cõ-  
tra duri-  
tates.*

### DE EMPLASTRO de Ranis.

**H**OC Emplastrum paratur ex  
sententia Ioannis Vigonis,  
5. de cura morvi Gallici,  
quod vocat ipse Vigo, Ce-  
ratarum nobilissimæ operationis, & sic  
habet;

<b>R.</b> Olei Camomillæ. _____	añ. vnc. ij.
Olei Spicæ. _____	
Olei Anethi. _____	vnc. j.
Olei Lillii albi. _____	
Olei de Croco. _____	lib. j.
Pinguedinis Porci. _____	
Pinguedinis vituli. _____	vnc. vj.
Euphorbii. _____	
Thuris. _____	3. x.
Olei Laurini. _____	
Pinguedinis Vipera. _____	vnc. ij. β.
Ranarum viventium. _____	
Vermium terrestrium cum vino albo lotorum. _____	vnc. iij. β.

*Emplastrum  
de Ranis  
Vigo.*

Suc-



Succi radicis Enulae. — | añ. vnc. iij.  
 Succi radicis Ebuli. — |  
 Schœnanthi. — |  
 Stœchados. — | M. j.  
 Matricariæ. — |  
 Vini odoriferi. — lib. ij.

Coquantur omnia ad consumptionem vini; exprimentur medicamenta; coletur liquor; colaturæ adde  
 Lithargyrii. — lib. j.  
 Terebinthinæ. — vnc. ij.  
 Cerae albæ. — q. s.

Fiat Emplastrum in fine addendo  
 Styracis liquidi. — vnc. j. ß  
 Extrahantur ab igne, extra quem adde

Argenti vivi. — vnc. iij. j.

Ratio parandi.

Paratur hoc Emplastrum coquendo Lithargyrium cum supradictis oleaginis ad consistentiam Emplastri, quantum fieri possit, semper agitando lento igne, ne aduratur; deinde immisce Terebinthinâ coctam & vnc. viij. Cerae albæ, quæ quantitas sufficiens est ad hoc Emplastrum parandum, Sed multum interest, vt tempore hyemis paratur hoc Emplastrum. Nam æstivo tempore, ratione caloris, nimis blandum Emplastrum paratur, vt potius formam Cerati, quam Emplastri repræsentet. Et cum refrigerari inceperit, immitte Styracem liquidum, & argentum vivum bene extinctum cum aliquot guttis olei Lenticiini, quod quidem maxime prodest inter reliqua medicamenta, quæ ipsum argentum vivum extinguunt.

Quandoque tamen placet Medicis hoc Emplastrum parari duplicato argento vivo, quo tempore vnc. viij. Argenti vivi iniiciuntur pro quantitate exposita reliquorum. Aliquando scribunt hoc idem Emplastrum triplicato Mercurio, & tunc pro quantitate exposita reliquorum iniiciuntur vnc. xij. Argenti vivi. Denique & nostris temporibus ob sævitiam morbi Gallici describitur hoc Emplastrum quadruplicato Mercurio

ita, vt vnc. xvj. sint iniiciendæ, & reliquorum quantitas superius tradita. Utuntur Medici hoc Emplastro

per se solo, aliquando per mixto cum Emplastro contra durities superius tradito, quandoque cum Emplastro Catageni mox explicando, in tumoribus, & doloribus ex morbo Gallico contractis; de quo plura dixit Ioannes de Vigo. Sed præcipue illius vsus est in tumoribus Gallicis in capite existentibus, qui tumores Talpariæ dicuntur, & in doloribus cruciatu sævissimis, existentibus in Tibiæ regione.

## DE EMPLASTRO

*Aloes Anthos, idest, ex flore salis.*

**H**OC Emplastrum magistratili, et paratur in officinis, licet, illius nonnulli fecerint mentionem; Apud nos tamen ex sententia doctissimi Ludovici Colladi paratur hoc Emplastrum, & cum desint nonnulla medicamenta simplicia, vir ille doctissimus proposuit, quæ natura, & vsu illorum facultati respondent; & fit hac ratione:

℞. Lithargyrii. — | añ. lib. j.  
 Olei veteris. — |  
 Squammæ æris. — |  
 Æris vlti. — |  
 Marchasitæ aureæ. — |  
 Tutia. — | añ. vnc. j.  
 Thuris. — |  
 Resinæ siccæ. — |  
 Dictamni. — |  
 Ammoniaci thimiamatis. — |  
 Cinabaris. — | 3. vij.  
 Aloes Succotrini. — | vnc. ij.  
 Betonicæ. — |  
 Galbani. — | añ. vnc. j.  
 Resinæ abietinæ. — | vnc. xv.  
 Cerae flavæ. — | lib. j. ß.  
 Salis gemmæ. — |  
 Axungia Cuniculi. — | añ. lib. ij.  
 Propoleos. — | vnc. iij.

Emplast. Aloes Anthos ex Ludovico Collado.

Modus componendi.

Fiat Emplastrum coquendo Lithargyrium oleum, & axungiam cuniculi; & cum ad perfectam Emplastri co-

Z

ctio



ctionem devenerint, imponantur Ter-  
rebentina bene cocta, Cera, & Pro-  
polis, vt liquefiant; deinde immisce  
Ammoniacum, & Galbanum aceto  
dissoluta, vt superius diximus, vlti-  
mo reliqua simplicia in pollinem red-  
acta.

In hoc Emplastro vis in est digge-  
rendi, modica emolliendi, insignis  
tamen exiccandi.

DE EMPLASTRO

*Dia-Pheænicon.*

**D**VAS adfert huius Emplastri  
descriptiones Mesue in An-  
tidotario, quarum alteram  
proponit sub proprio nomi-  
ne, alteram vero sub Alexandri no-  
mine. Paratur tamen in nostris offi-  
cinis, quando à Medicis describitur  
illud, ex mesue sententia, quod ita  
fit;

℞. Cera. \_\_\_\_\_ vnc. ij.  
Olei Rosarum. \_\_\_\_\_ |  
Olei Nardini. \_\_\_\_\_ | añ. vnc. iij.

Fiat ex his tribus ceratum, dein-  
de accipe,

Dactylorum siccorum. \_\_\_\_\_ nu. xl.  
Panis biscoti. \_\_\_\_\_ 3. v.

Infundantur biduo in vinum odo-  
riferum; deinde accipe

Carnium Cydoniorum decoctum  
in vino. \_\_\_\_\_ vnc. viij.

Terantur carnes prædictæ cum  
dactylis, & pane biscocto vltima con-  
tritione, & permisceantur cum præ-  
dicto cerato, quibus adde

Mastiches. \_\_\_\_\_ |  
Olibani. \_\_\_\_\_ | añ. 3. ij. β.  
Absinthij Romani sicci. \_\_\_\_\_ |

Ligni Aloes. \_\_\_\_\_ |  
Macisi. \_\_\_\_\_ |  
Myrrha. \_\_\_\_\_ |

Aloes. \_\_\_\_\_ |  
Spicæ. \_\_\_\_\_ | añ. 3. j.

Acaciæ. \_\_\_\_\_ |  
Calliæ. \_\_\_\_\_ |

Trochiscorum Ramich. \_\_\_\_\_ |  
Calami aromatici. \_\_\_\_\_ |

Ladani. \_\_\_\_\_ 3. ij.  
Fiat Emplastrum.

Optimum est hoc Emplastrum  
ad iuvandam ventriculi coctionem,  
ad vomitum sistendum ex imbecilli-  
tate facultatis retentricis, ad emen-  
dandas contumaces Diarrhæas, & ad  
multas alias ventris evacuationes.

*Vsus Em-  
plast. Dia-  
phænicon.*

DE EMPLASTRO

*Catageni.*

**H**OC Emplastrum paratur in  
nostris officinis, ex Guido-  
ne, quod desumitur ex Ga-  
leno 6. de compositione se-  
cundum genera cap. 7. sed à Guido-  
ne sic paratur;

Olei veteris. \_\_\_\_\_ lib. j.

℞. Picis navalis. \_\_\_\_\_ vnc. vj. *Emplast.*

Ladani. \_\_\_\_\_ vnc. iij. *Catageni*

Vividis æris. \_\_\_\_\_ vnc. ijs. *Guidonis*

Galbani. \_\_\_\_\_ vnc. iij.

Lithargyrii. \_\_\_\_\_ vnc. vj.

Fiat Emplastrum.

Ad hoc Emplastrum parandum co-  
quantur oleum, Litargyrium, & vi-  
rideas ad mutationem coloris ex vi-  
ride in rubrum intensum; ad Empla-  
stri consistentiam; tunc additur Pix  
demum extra ignem per se dilutis,  
vt iam dictum est Galbanum, & La-  
danum permisceantur, & formentur  
Magdaleones.

*Modus co-  
ficiendi.*

Vtuntur hoc Emplastro nostri Me-  
dici cum felici successu in tumori-  
bus Gallicis in capite existentibus,  
ad quos illud permisceant cum Em-  
plastro Ioannis de Vigo, sive de Ra-  
nis, tum etiam cum Emplastro con-  
tra durities dicto; inest enim in eo  
facultas exiccandi, ac diggerendi.

*Vsus Em-  
plastri Ca-  
tageni.*

DE EMPLASTRO

*gratia Dei.*



**L**icet, rarissimus sit vsus huius Emplastri, & alterius sequentis, quoniam tamen utilissima sunt huiusmodi Emplastra, proinde in medium proponimus illorum descriptiones. Quod vocatur de gratia Dei, ita paratur;

*Emplastrum gratia Dei Magistra le.*  
**R.** Ammoniaci. \_\_\_\_\_ vnc. j.  
 Bdellii. \_\_\_\_\_  
 Origani. \_\_\_\_\_  
 Aristolochiæ longæ. \_\_\_\_\_ añ. 3. v.  
 Sarcocolæ. \_\_\_\_\_

Myrrha. \_\_\_\_\_ | añ. 3. iiij.  
 Galbani. \_\_\_\_\_ |  
 Viridis æris. \_\_\_\_\_ vnc. j.  
 Aloes. \_\_\_\_\_ | añ. 3. iiij.  
 Opopanacis. \_\_\_\_\_ |  
 Resinæ. \_\_\_\_\_ 3. xiiij.  
 Cera albæ. \_\_\_\_\_ vnc. ij.  
 Lithargyrii. \_\_\_\_\_ lib. j.  
 Olei veteris. \_\_\_\_\_ lib. j. ß.

Fiat Emplastrum.

*Ratio cõficiendi.*

Ad hoc Emplastrum parandum Lithargyrium, & oleum prius coquantur ad formam Emplastri; tunc additur Cera, gummi etiam prius per se dissoluta, vt superius observatum est; adduntur, vltimo reliqua medicamenta in polinem redacta; ex quibus omnibus, manibus optime permixtis, fiunt Magdaleones.

*Vsus Emplast. gratia Dei.* Optimum est hoc Emplastrum ad vlcera antiqua sananda, dum Emplastrum de Palmitibus, & similia his non profunt; habet enim facultatem extergendi, & exiccandi, & ex accidenti generandi carnem.

## DE EMPLASTRO Apostolico Chirurgico.

Descriptionem huius Emplastri adfert Guido, quæ sic habet;

*Emplast. Apostolicu Chirurgicu Gui donis.*  
**R.** Colophoniæ. \_\_\_\_\_ lib. ij.  
 Picis navalis. \_\_\_\_\_ lib. j.  
 Galbani. \_\_\_\_\_ |  
 Serapini. \_\_\_\_\_

Ammoniaci. \_\_\_\_\_  
 Opopanacis. \_\_\_\_\_ añ. | vnc. j.  
 Thuris. \_\_\_\_\_  
 Mastiches. \_\_\_\_\_  
 Terebinthina. \_\_\_\_\_

Aceti. \_\_\_\_\_ lib. j.  
 Cera Citrinæ. \_\_\_\_\_ vnc. vj.

Fiat Emplastrum.

Hoc Emplastrum ita paratur, Colophonix, & Pici navali liquatis, gummi aceto dissoluta, extra ignem permisceantur, reliqua vero adduntur in polinè redacta; Acetum vero, quod superest ex dissolutione gummi, permisceatur sensim, & paulatim cum reliquis, & præterea aliqua illius portio inservit ad inungendum lapidem, & manus, quibus, & in quem formatur Magdaleones.

*Ratio parandi Emplastri Apostolicum.*

Hisdem fere inservit hoc Emplastrum, quibus inservire diximus superius explicatum, & præterea hoc potest applicari tumoribus ad illos digerendos gummi ratione, quibus maximam addit tenuitatem aceti copia. Hinc Schirris lenis, & aliarum partium poterit hoc Emplastrum applicari, licet, præstrantius suam exercent actionem quatuor gummi ingredientia prædictum Emplastrum; & tunc vocabitur illorum commixtio Emplastrum de quatuor gummis.

## DE EMPLASTRO Divino.

Magistraliter etiam hoc Emplastrum sic paratur;

**R.** Lythargyrii. \_\_\_\_\_ | añ. vn. viij.  
 Minii. \_\_\_\_\_ |  
 Viridis æris. \_\_\_\_\_ vnc. ß  
 Olei communis. \_\_\_\_\_ lib. ij.  
 Ammoniaci. \_\_\_\_\_ | añ. vnc. vj.  
 Cera novæ. \_\_\_\_\_ |

*Emplast. divinum Magist.*

Fiat Emplastrum.

Hoc Emplastrum fit decoquendo primo loco Lithargyrium, Minium, oleum, & viridè æs ad Emplastri pun-



cum; demum cera additur, & Ammoniacum per se aceto dissolutum; & formantur Magdaleones.

Vsus Emplastrum diuini.

Inest in hoc Emplastro eadem facultas, ac vsus, licet, imbellicis, quã dicimus reperiri in Emplastro de gratia Dei.

### DE EMPLASTRO de Geminis.

HOC Emplastrum magistraliter ita paratur;

Emplastrum de geminis Magistrale.

**R.** Olei Rosarum. — | añ. lib. j.  
Cerussę. — |  
Coquantur ad formam Emplastri.  
Optimum est hoc Emplastrum ad vlcera curanda, in quibus, vel leui occasione quotidie inflammationes apparent.

Vsus Emplastri de geminis.

### DE EMPLASTRO Filij Zaccharie.

Auctor fuit Mesue huius Emplastri, quod ita paratur;

Emplastrum filij Zaccharie Mesue.

Cerę flava. — |  
**R.** Medullę cruas vacca. — |  
Adipis Anatis. — | añ. vnc. ij.  
Adipis gallina. — |  
Mucilaginis seminis Lini. — |  
Olei de semine Lini. — | q. s.  
Misce, & fiat Emplastrum.

Modus cõficiendi.

Paratur hoc Emplastrum coquendo Mucilagine seminis Lini cum ipso Oleo de Lino ad consumptionem humiditatis; quantitas autem olei prædicti sufficiens erit vnc. j. ß. vt consistentiam, in quantum poterit, Emplastri habeant. Nam si augeatur quantitas olei, vt aliqui contendunt vsque ad quatuor vncias, non Emplastrum, nec ceratum, sed potius vnguentum poterit vocari.

Vsus Emplastri filij Zaccharie.

Optimum est hoc Emplastrum ad durities emolliendas, tum præte-

rea faciliora reddit excrementa in Thorace existentia ad expuendum. Hinc eo vtuntur nostri Medici ad coquendam Pleuritidem parant enim Emplastra ex hoc Emplastro, cum quo nonnulli miscent Emplastrum de Meliloto; præstantius tamen est hoc ex filio Zaccharie citra permixtionem illius, ex Meliloto confecti.

### DE EMPLASTRO de Meliloto.

Idem Mesue adfert descriptionem Emplastri, quæ sic habet;

Meliloti. —	vnc. vj	Emplastrum de Meliloto Mesue.
<b>R.</b> Florum Chamemelii. —		
Seminis Fœnugræci.		
Baccarum lauri.		
Radicis Altheę. —	añ. 3. iij.	
Abinthii.		
Sampfuchi, idest Maiorane.		
Seminis Apii. —		
Cardamomi.		
Iridis.		
Cyperii. —	aña. 3. j. ß.	
Spicę nardi.		
Casę lignę.		
Ammeos. —		
Ammoniaci. —	3. x.	
Styracis. —	añ. 3. v.	
Bdellii. —		
Terebinthine. —	vnc. j. ß.	
Ficum pinguium. —	n. xij.	
Sevi caprini. —	añ. vnc. ij. ß.	
Resinæ. —		
Cerę. —	vnc. vj.	
Olei Sampfuchini. —	aña. q. s.	
Olei Nardini. —		
Decoctionis Fœnugræci, Chamemelii, & Meliloti. —	q. s.	
Fat Emplastrum.		

Hoc Emplastrum ita fit, vt, quæ Modus cõficiendi. possunt in pulverem redigi in pulverem redigantur, liquabilia liquentur, adiecta ex singulis oleis prædictis vnc. j. vel vnc. j. ß. in regione frigidiori. Ficus tamen per aliquot spatium



tium infunduntur in portionem decocti, traditi in descriptione; deinde contunduntur, & per dorsum fetacci manibus, aut cochleari transmittuntur; reliquis extra ignem permiscuntur; sed horum permixtionem præcedit Ammoniæ in Aceto dissoluti per mixtio: tandem madefactis manibus, cum portione reliqua decocti, forma Offas, seu Magdaleones.

*Vsus Emplastris de Meliloto*

Vis inest in hoc Emplastro emolliendi, discuiendi flatus, & aliquantulum digerendi, tum etiam, & roborandi. Hinc in tumoribus durissimis Ventris, Hepatis, & aliarum partium, ex hac massa Emplastra cõfecta à Medicis commodissime applicantur.


Atque hæc sunt, quæ longo usu quotidiana experientia, lectione assidua clarissimorum, & Medicorum, & Pharmacopolarum, crebra percunctatione externorum hominum assequi potuimus ad vberiore, fortasse etiã vberiore, artis nostræ explicationem. Non dubitamus, quin sint non nulli, qui glandibus assueti, inventas fruges oderint, explodant, & stulta contempatione reiiciant, & quam semel animo opinionem imbiberint, eam, ne quidem tacita, veritatis voce convicti, deponere velint. Erunt, qui nos rerum novarum studiosus appellent, quod, quæ sunt iam à multis sæculis recepta in officinis, ea radicibus evellere, & in exilium emendasse voluerimus; alii si quid deprehenderit, aut novum, aut inusitatum, aut aliqua ratione ab instituto nostro alienum, id reprehendent, iactabunt, maius verbis efficient; cum vix fieri possit, quin in opere tam longo, vario

dissimili in tam ancipiti, incertaque ingeniorum alea in tam contrariis, & discordantibus veterum, & recentiorum, Grecorum, Latinorum, Arabumque sententiis, in iudicio tam difficili, tam fallaci experimento multa sese offerant; quæ falsa cum sint, veritatis, nescio qua, ficta specie oculis, & auribus Imperitorum blandiantur; & vera, vel vocentur in dubiũ, vel falsitatis nomine condemnentur. Nos vero recta, & integra conscientia nixi, Deum Opt. Max. respicientes, & iuvandi generis humani studio flagrantibus, nequaquam aut invidorũ aut improborum, si qui fuerint, aut imperitorum, quorum semper fuit, & imprudens audacia, & numerus infinitus, reprehensiones formidabimus, ut qui doceri à sapientioribus velimus, admoneri à cautiõribus optemus, mutaturi sententiam, si melior, & securior proponatur. Prodesse cupimus; id si nostro beneficio, vel officio potius, aut aliena opera consequamur; amplissimum, ac pene immortale nostris laboribus plane herculeis arbitramur præmium fuisse persolutum. Interim tamen immensas agimus Deo Opt. Max. bonorum omnium largitori, gratias, quod nobis eam mentem dederit, ut hoc opus tam necessarium, quam ipsa esse salus potest, aggredieremur; sic consilia nostra adiuverit, ut tot obiectis difficultatibus, tot oppositis periculis nequaquam cesserimus, sic in recto consilio, & sano proposito confirmaritur, ut honestissimis, & utilissimis conatibus, honorificus, faustus, felix, atque, ut speramus, gloriosus respondisse videatur eventus.

LAVS DEO.



181



# INDEX MAXIME NECESSARIUS SIMPLICIVM, & observationum, de quibus agitur in hoc opere.

## A.

- A** BVGILISSA quid. fol. 34  
 Acetum Scillicitum Me-  
 sue. fol. 170  
 Acetum Rosatum. fol. 7  
 Acori substitutum. fol. 129  
 Adianti loco quid sumendum in Sy-  
 rupo Cichoriæ. fol. 39  
 Ambra cruda quid. fol. 71  
 Ammoniaci Thymiamatis nomine  
 quid intelligendum sit. fol. 106  
 Amygdalæ dulces in Diaphœnicon  
 sunt imponendæ. fol. 100  
 Anacardi præparandi sunt in pulve-  
 rem Diacamaronis. fol. 58  
 Anacardi qua ratione præparentur. fol. 81  
 Animalia viventia præparantur. fol. 8  
 Aqua ex floribus odoriferis parata,  
 vulgo, aqua de Angeles. fol. 127  
 Aqua fortis. fol. 68  
 Aquæ Rosarum nomine quid intel-  
 ligendum sit in Syrupo Liquiri-  
 ritæ. fol. 16  
 Aqua Rosarum quo tempore in Sy-  
 rupo Liquiritiæ ponenda. fol. 18

## B.

- B** Accæ Lauri integræ in com-  
 positionibus sunt imponen-  
 dæ. fol. 136  
 Balsamum Indum eligendum. fol. 83

- Bolus simpliciter. fol. 130  
 Bedegar, & Suchaha loco quid su-  
 mendum in Syrupo de Eupatorio. fol. 31  
 Ben albi, & rubri loco quid ponen-  
 dum. fol. 75  
 Bolus Armenius. fol. 130  
 Boli armeni præparatio. fol. 131

## C.

- C** Amphora in medicinis mini-  
 me imponenda. fol. 74  
 Casia fistula antiquorum, &  
 recentiorum. fol. 6  
 Casia absolute. fol. 6  
 Casia præparata qua ratione fiat. fol. 108  
 Casia recenter sine vapore, vel hu-  
 more extracta. fol. 108  
 Casia per vaporem extracta. fol. 108  
 Casia recenter extracta absolute. fol. 109  
 Ceratorum forma, & materia. fol. 106  
 Cinnamomi loco quid sumendum. fol. 6  
 Collatoria decoctionum quantum  
 oporteat nitida esse. fol. 110  
 Colocynthidis in Trochiscis de Al-  
 handal decem uncias, & non drach-  
 mas imponendas esse rationibus  
 confirmatur. fol. 120  
 Confectionum forma, & materia. fol. 69  
 Confectionum differentia. fol. 70  
 Confectiones parum, vel multum  
 coqui debent ratione temporis. fol. 70  
 Confectio dia Prunis solutivi per  
 aliquot tempus ante usum pa-  
 ran-



# INDEX.

randa. fol. 103  
 Confectio Hamech simplex. fol. 99  
 Conserva qua ratione parentur. fol. 43  
 Coriandri præpatio. fol. 77  
 Crocus in Loch caulium qua ratio-  
 ne iniiciendus sit. fol. 19  
 Coliria oculorum qua ratione sint  
 diluenda. fol. 133  
 Cuminum cur in Acetum fundatur. fol. 61  
 Confectio dia Prunis solotivi. fol. 102

## D.

**D**actylorum Cheyron nomine  
 quid intelligendum sit. fol. 47  
 Darceni loco quid summen-  
 dum. fol. 69  
 Dia Codionis tres differentia. fol. 36.  
 Dia Moron Galeni, lib. 6. locorum,  
 cap. 1. fol. 27  
 Doronici loco quid ponendum. fol. 74

## E.

**E**lectuarii nomine quid intel-  
 ligendum sit. fol. 48  
 Electuaria solida non possunt  
 ex melle parari. fol. 52  
 Electuaria Aromatica rosati in  
 forma liquida. fol. 56  
 Electuarij succi Liquiritia cum Sac-  
 charo parandi ratio. fol. 50  
 Emplastorum materia. fol. 168  
 Emplastrum de quatuor gummi. fol. 74  
 Emplastrum contra glandulas. fol. 170  
 Endivia species omnes Syrupo de  
 Cichorea Nicolai Florentini. fol. 139  
 Error aliquorum in parando pulve-  
 re contra casum. fol. 59  
 Eupatorii loco quid sumendum. fol. 7  
 Euphisticas quid, & loco eius quid  
 sumendum. fol. 124  
 Error aliquorum in parando pulve-  
 re Letitia Galeni. fol. 57

## F.

**F**ermentatio cur in confectio-  
 nibus salicis fiat, quam in  
 aliis medicamentis. fol. 69

Flores cordiales officinarum. fol. 1  
 Flores aris. fol. 157  
 Fructus in medicinis qua ratione  
 poni debeant. fol. 3  
 Fructus maligni singulares in plan-  
 ta fugiendi. fol. 3  
 Fructus per quantitatem describi quã  
 per numerum præstantius esse. fol. 3  
 Fructus præparantur. fol. 8

## G.

**G**Allia absolute. fol. 75  
 Gallia in Miva Cydonyo-  
 rum, quæ sit accipienda. fol. 23  
 Gallia quantitas quæ imponenda in  
 Syropode Mentha. fol. 24  
 Gluten Alznach supplementia. fol. 170  
 Gradnatio in infusionibus servari  
 potest. fol. 98  
 Gummi absolute. fol. 4  
 Gummi exacta permiscendi ratio in un-  
 guentis, & emplastris. fol. 171

## H.

**H**erba capillares. fol. 2  
 Herba emollientes. fol. 2  
 Herba quo tempore præstantio  
 res ad usum Medicum. fol. 2  
 Hepar Lupi præparatio. fol. 9  
 Hermodactili officinarum, non sunt veri  
 hermodactili. fol. 52  
 Hiera quibus in locis à Galeno tra-  
 datur. fol. 65

## I.

**I**nfusio Rosarum rubearum Me-  
 succi. fol. 14  
 Infusio Rosarum Alexandrinarum La-  
 guna. fol. 26  
 Infusiones servandi ratio. fol. 7  
 Inlepus, & Syrupus in quo disse-  
 rant. fol. 12  
 Inlepi punctum. fol. 11

## L.

**L**



# INDEX.

**L** AC ex capris nigris præstantius. fol. 97  
 Lac triplici constat substantia. fol. 97  
 Lacca qua ratione lavanda sit. fol. 84  
 Ladani depuratio. fol. 127  
 Lapidis Lazuli 3. ij. & non 3. xij. accipiendæ sunt in confectioe Alchermes. fol. 71  
 Lapidis Lazuli præparatio. fol. 72  
 Licci loco quid sumendum. fol. 117  
 Lignum Aloes crudum. fol. 71  
 Lignum Rhodinum. fol. 71

## M.

**M** EL Centauræ. fol. 173  
 Mellis electio. fol. 41  
 Mellis quantitas ad confectioes parandas. fol. 70  
 Mellis quantitas quando in confectioibus minuenda. fol. 70  
 Medicamenta ad corroborandos, & dealbandos dentes. fol. 67  
 Menta non est multum exiccanda ad Syrupum de Mentha parandum. fol. 24  
 Moschus quid. fol. 29  
 Moschi quantitas sufficiens ad Trochiscos Galliæ moschata Nicolai. fol. 127  
 Mucilagines qua aquæ quantitate communiter extrahantur. fol. 120  
 Mucilagines qua ratione parandæ sint in ynguento Dialtheæ. fol. 158  
 Mucilaginum omnium lib. ij. ß. absque aña, legendum in Emplastro contra durities. fol. 176  
 Mulsæ meracissima, aquosa, & medio-cia. fol. 40  
 Mytobalani si multum coquantur, opilationem generant. fol. 31  
 Mirobalanorum utramque facultatem præstantissimus extrahendi modus. fol. 30

## O.

**O** Cimum citratum. fol. 56  
 Olea per expressiõnem extracta. fol. 134  
 Olea per expressiõnem triplici modo pa-

rantur. fol. 134  
 Olei Sambucini quartam partem vaciæ scripsisse Nicolaum, & non vncias quatuor, probamus. fol. 126  
 Olei Sambucini bulliti, & collati, hæc verba qua ratione intelligenda sint. fol. 126  
 Oleorum differentia. fol. 133  
 Oleum quid. fol. 133  
 Oleum de Piperibus in lib. xij. aquæ parandum est. fol. 142  
 Oleum rosatum Nicolai. fol. 126  
 Opopanacis electio. fol. 81  
 Ordo præstantissimus Collegij Valentini in dispensatione Theriacæ magna. fol. 92  
 Ossa qua ratione præparentur. fol. 10  
 Ofsis de corde cervi loco quid sumendum. fol. 74

## P.

**P** Astinaca marina Tribulum marinum supplet. fol. 159  
 Penidiæ loco quid sumendum. fol. 16  
 Persicaria, quæ imponenda est in Syrupo Artemisiæ. fol. 34  
 Pharmacopolarum Valentinorum laudanda consuetudo in construendis Trochiscis de Viperis. fol. 90  
 Philonium Romanum. fol. 87  
 Pillula quid, & unde dicatur. fol. 110  
 Pillularum materia. fol. 110  
 Pillularum differentia. fol. 110  
 Pillularum triturata. fol. 112  
 Pillularum massam recta componendi methodus. fol. 113  
 Pinguia, & alimentosa non sunt ratione pulverum ad numeranda. fol. 52  
 Plantæ viventes præparatur. fol. 8  
 Prassium in medicinis viride ponendum. fol. 3  
 Prima pars, ex qua desumitur materia medicamentorum. fol. 1  
 Pruna cuius magnitudinis debeant esse ad confectioem dia Prunis parandam. fol. 102  
 Pruna qualia in dia Prunis sint imponenda. fol. 103  
 Pulmonis vulpis præparatio. fol. 6

Pul-



# INDEX.

Pulpa Sumach quid.	fol. 123
Pulueris deffinitio.	fol. 53
Puluerum differentia.	fol. 53
Pulveres, lapidosam substantiam habentes, qua ratione terantur.	fol. 53
Pulvis Ioannis de Vigo qua ratione Paretur.	fol. 68

## Q:

<b>Q</b> uarta pars, ex qua desumitur materia medicamentorum.	fol. 11
Quatuor semina frigida communia duplicem habent humiditatem.	fol. 28
Quinque lapides, qui gemme vocantur.	fol. 57
Quot modis dicantur purgare medicamenta.	fol. 3

## R:

<b>R</b> adicum omnium non est vnus vsus.	fol. 6
Regula praestantissima ad recte Mivam Cydoniorum aromaticam parandam.	fol. 22
Regula exactissima parandi decoctiones, quas praecedit infusio.	fol. 17
Rhabarbari vtramque facultatem extrahendi ratio.	fol. 31
Resinae omnes qua ratione dissolvantur.	fol. 4
Rob absolute.	fol. 11
Rob definitio.	fol. 11
Rob Mororum, & dia Moron maxime distinguuntur.	fol. 11
Rosarum siccarum quantitas ad Syrupum parandum ex Mesue sumenda.	fol. 15
Rosarum quantitas ad oleum Rosafatum parandum.	fol. 136
Ruta in confectionibus Sativa imponenda.	fol. 81
Ruta mediocriter sicca vsurpanda in Antidotis.	fol. 3

## S:

<b>S</b> accharum in pulvere rosata novelle non est imponendum.	fol. 42
Sacchari quantitas, quae imponenda est in Electuarijs ex carne Testudinis, & alijs, quando ab auctore non praescribitur.	fol. 52
Sacchari quantitas ad paranda Electuaria in forma solida.	fol. 52
Sacchari quantitas ad confectiones parandas.	fol. 79
Sambacinum, vel Sambucinum oleum legere possumus in Trochiscis de Gallia Moschata Nicolai.	fol. 127
Santali Citrini loco quid sumendum.	fol. 6
Schedulae aliquae non possunt in maiori quantitate parari, quam ab auctoribus traduntur.	fol. 164
Scillae consideratio.	fol. 169
Scille consideratio.	fol. 169
Scinci quales debent esse.	fol. 79
Scoriae ferri praeparatio.	fol. 66
Secacul suppletia.	fol. 79
Secunda pars ex qua desumitur materia medicamentorum.	fol. 8
Sedenegi quid.	fol. 124
Semen Rosarum quid.	fol. 5
Semen Puerorum quid.	fol. 5
Semina frigida maiora.	fol. 4
Semina frigida minora.	fol. 4
Semina calida minora.	fol. 5
Semina calida Maiora.	fol. 5
Semina Asparagi, & Rusci integra in compositionibus sunt imponenda.	fol. 103
Sericum tingendi ratio in confectionibus Alchermes.	fol. 71
Sericum crudum vstum quid.	fol. 74
Serum lactis extrahendi ratio.	fol. 97
Smaragdorum electio.	fol. 76
Spicae absolute.	fol. 25
Spodii differentia.	fol. 28
Spodium officinarum.	fol. 28
Substituta Theriacae magnae.	fol. 91
Succi Borriginis, & Buglossae quando extrahendi sint.	fol. 14
Succorum quantitas imponenda in Syrupo de Eupatorio.	fol. 31
Succos liquidos servandi ratio, & infusiones.	fol. 7
Succus Endiviae ex qua Endiviae specie sit extrahendus.	fol. 19
Succus Fumiterrae ex qua Fumiterrae	diffic:



# INDEX,

differentia sit extrahendus.	fol. 20	Thimiama quid.	fol. 106
Suc. Citri, quot modis extrahatur.	fol. 20	Trochisci de Viperis qua ratione parentur.	fol. 90
Succus Agrestæ quâdo extrahendus.	fol. 21	Trochiscus unde dicatur, & quæ sit eius materia.	fol. 119
Succus Myrtillorum ex quo Myrti fructus extrahendus.	fol. 21	Trochiscorum differentia.	fol. 119
Syrupi qua ratione clarificentur.	fol. 12	Trochisci de Alandal vtrum in com- positionibus ponendi sint loco Colocynthidis.	fol. 121
Syrupi, Saccharum recipientes, ma- gis coquendi, quam qui Mel.	fol. 13	Trochiscorum tritura.	fol. 122
Syrupi Acetosi in vasis terreis co- qui debent.	fol. 13	Trochisci quo pacto diutius serven- tur.	fol. 132
Syrupi qua ratione diuturniores fiant.	fol. 13	Turbit noxæ quot, & quibus corri- gantur.	fol. 100
Syrupi qua ratione maior quanti- tas, & perfectior habeatur.	fol. 13		
Syrupi pectorales spissiores fiant.	fol. 13		
Syrupi definitio.	fol. 13		
Syrupi Borriginis, & Buglossæ, tri- plici modo parantur.	fol. 14		
Syrupi liquiritiæ Schedulam augen- di ratio.	fol. 16		
Syrupi Endiviæ compositi aromati- zandi ratio.	fol. 28		
Syrupus ne mucorem contrahat.	fol. 13		
Syruporum materia.	fol. 13		

## T.

<b>T</b> ertia pars ex qua desumitur materia medicamentorû.	fol. 10
Terra Sigillata.	fol. 131

## V.

<b>V</b> iride æs oleo teritur.	fol. 152
Vnguentum Populeon cau- te parandum.	fol. 164
Vnguentorum forma.	fol. 148
Vnguentorum materia.	fol. 148
Vnguentum rosaceum absque oleo Amygdalino est parandum.	fol. 151

## Z.

Zibetum quid.	fol. 9
---------------	--------

# INDEX

## LOCUPLETISSIMVS OMNIVM MEDICAMENTORVM compositorum, quæ in hoc opere continentur.

DE DIFFERENTIIS DE IVLEPIS STRV-  
ROB. pis, Mellicrato, & Hy-  
dromelle.

<b>R</b> OB Cydoniorum.	fol. 11	<b>I</b> vlepus Rosarum.	fol. 12
Rob Mororum.	fol. 11	<b>S</b> yrupus Absinthij Mesue.	fol. 25
Rob Vini.	fol. 11		

Sy



# INDEX.

Syrup. Acetosa Magistralis.	fol. 32	sue.	fol. 23
Syrupus Acetositratis citri Mesue.	fol. 20	Syrup. Myrtyllorum Mesue.	fol. 25
Syrupus Acetosus simplex Mesue.	fol. 32	Syrupus Mucilaginum Matthei de gradibus.	fol. 37
Syrupus Acetosus compositus Mesue.	fol. 35	Syrup. Nenupharis magistralis.	fol. 26
Syrupus Agrestis Mesue.	fol. 21	Oximel simplex Mesue.	fol. 24
Syrupus Artemisiæ Matthei de Gradibus.	fol. 34	Oximel compositum Mesue.	fol. 32
Syrupus Betonicae Ioannis de Mauris.	fol. 37	Syrup. Granatorum.	fol. 27
Syrupus Betonicae Ioannis Placæ Valentini.	fol. 38	Oximel Scilliticum Mesue.	fol. 33
Syrupus Borriginis, & Buglossæ.	fol. 14	Oxifacchara composita Arnaldi.	fol. 34
Syr. Buglossæ Regi fabor Mesue.	fol. 29	Oxifacchara simplex Nicolai.	fol. 23
Syrupus Capilli veneris cum liquoritia.	fol. 15	Syrup. Papaveris Mesue.	fol. 26
Syrupus Capilli veneris ex Plateario.	fol. 15	Syrup. quinque radicum.	fol. 35
Syrupus Cicoriæ Nicolai Florentini.	fol. 38	Rhomel Alexandrinum.	fol. 27
Syrupus Corticum citri Mesue.	fol. 25	Syrup. Rosarum Alexand. ex 9. infusionibus Lagunæ.	fol. 26
Syrupus Cydoniorum Mesue.	fol. 22	Syrup. Rosarum siccarum vsualis.	fol. 15
Dia Codion Galeni.	fol. 36	Syrup. Rosarum viridium Mesue.	fol. 14
Dia Morum Mesue.	fol. 27	Syrup. Scolopendriæ simplex.	fol. 37
Dia Moron Galeni.	fol. 27	Syrup. Scolopendriæ compositus.	fol. 37
Dia Nucum Mesue.	fol. 28	Syrupus Stœchadis Mesue.	fol. 33
Syrupus Dinarij, sive de Bizantijs Mesue.	fol. 24	Syrupus Violarum Mesue.	fol. 13
Syrupus duarum radicum Mesue.	fol. 35	Syrupus Violarum magistralis.	fol. 14
Syrupus Endiviæ simplex magistralis.	fol. 18	Mellicratum, & Hydromel.	fol. 39
Syrupus Endiviæ compositus Mesue.	fol. 28	Vinum conditum Hypocraticum.	fol. 42
Syrupus Epitimi Mesue.	fol. 33	Vinum album conditum.	fol. 42
Syrupus Eupatorii Mesue.	fol. 31	Sinapi conditura.	fol. 42
Syrupus Fumiterre simplex Arnaldi.	fol. 19	Eruca conditura.	fol. 43
Syrupus Fumiterræ minor Magistralis.	fol. 20		
Syrupus Fumiterre maior Mesue.	fol. 30		
Syrupus Hyssopi Mesue.	fol. 29		
Syrupus Insubarum Mesue.	fol. 37		
Limonata mellis Magistralis.	fol. 26		
Syrupus Limonum Magistralis.	fol. 21		
Syrupus Liquiritiæ Mesue.	fol. 16		
Loch Caulium Gordonis.	fol. 19		
Mel Rosarum colatum vsuale.	fol. 23		
Syrupus Menthe ex inventione nostra Mesue.	fol. 24		
Miva Cydoniorum simplex Mesue.	fol. 22		
Miva Cydoniorum Aromatica Mesue.			

## DE CONSERVIS.

<b>C</b> onserva Acetosa.	fol. 44
Conserva Borriginis, & Buglossæ.	fol. 43
Conserva Capillorum veneris.	fol. 44
Conserva florum Cichorii.	fol. 44
Conserva Fumiterre.	fol. 45
Conserva Melisse.	fol. 44
Conserva Nocerina.	fol. 45
Conserva Nenupharis.	fol. 44
Conserva Rosæ marini.	fol. 45
Conserva Rosarum Mesue.	fol. 44
Conserva Rosarum rubearum cum Melle.	fol. 45
Conserva Rosarum Alexandrinarum.	fol. 45
Conserva Salviæ, & Stœchadis.	fol. 45
Conserva Violarum.	fol. 44

## DE LOCH.

<b>L</b> OCH lentium Avizenæ.	fol. 46
Loch de Pino Mesues.	fol. 47

**Loch**



# INDEX.

Loch de Pulmone vulpis Mesue.	fol. 47
Loch de Scilla Mesue.	fol. 48
Loch sanum, & expertum Mesue.	fol. 46

## DE ELECTUARIIS.

<b>E</b> lectuarium Aromatici rosati descriptione Gabrielis Mesue.	fol. 49
Electuar. de succo Rosatum Nicolai.	fol. 51
Elect. Diacarthami Guidonis.	fol. 51
Elect. Diaciminum Nicolai.	fol. 50
Elect. Diarrhodonis Abbatis Nicolai.	fol. 49
Elect. Diatragacanthi Nicolai.	fol. 50
Elect. Diatrium Santalorum Nicolai.	fol. 49
Elect. Rosatæ Novellæ Nicolai.	fol. 49
Elect. Succu Liquiritiæ cum Saccharo Magistrale.	fol. 50

## DE PVLVERIBVS.

<b>P</b> vlvis ad dentes de albandos, & confirmados Magistralis.	fol. 67
Pulvis Aromatici rosati descriptione Gabrielis Mesue.	fol. 55
Pul. contra casum Mesue.	fol. 59
Pul. contra Spasmũ Magistralis.	fol. 61
Pul. contra vermes Magistralis.	fol. 65
Pul. dia Ambrae Mesue.	fol. 60
Pul. dia Camaron Nicolai.	fol. 58
Pul. dia Ciminum Nicolai.	fol. 60
Pul. dia Margaritonis calidi Nicolai.	fol. 60
Pul. dia Margaritonis frigidi Magistralis.	fol. 53
Pul. dia Papaveris Nicolai.	fol. 62
Pul. dia Rhodonis Abbatis Nicolai.	fol. 54
Pul. dia Tragacanthi Nicolai.	fol. 62
Pul. dia Trium Santalorum Nicolai.	fol. 55
Pul. Ducis Magistralis.	fol. 66
Pul. Electuarii ducis Nicolai.	fol. 61
Pul. Electuarii de Gemminis Mesue.	fol. 58
Pul. Electuarii Resumptivi Magistralis.	fol. 63
Pul. Hieræ simplicis Galeni.	fol. 64

Pul. Ioannis de Vigo.	fol. 68
Pul. Latificantis Rhafis.	fol. 56
Pul. Lætitie Galeni Nicolai.	fol. 57
Pul. Papæ Benedicti Magistralis.	fol. 68
Pul. Pliris Arcoticon Nicolai.	fol. 56
Pul. Reginae Aragoniæ.	fol. 67
Pul. Restrictivus Magistralis.	fol. 65
Pul. Rosatæ novellæ Nicolai.	fol. 55
Pul. Terre camellorum Magistralis.	fol. 66
Pul. Contra infitum.	fol. 66

## DE CONFECTI- bus.

<b>C</b> onfectio indi minoris.	fol. 101
Confectio Alchermes Mesue.	fol. 71
Con. Anacardina Mesue.	fol. 81
Con. Antidoti Hamagogi Nicolai.	fol. 94
Con. Benedictæ Nicolai.	fol. 104
Con. Casia præparata.	fol. 107
Con. Cyphoides Andromachi.	fol. 80
Con. de Baccis Lauri Rhafis.	fol. 80
Con. dia Catholicon Nicolai.	fol. 100
Con. dia Cidonitis Placæ.	fol. 77
Dia Cidonitis Galeni.	fol. 78
Dia Curcumæ magnæ Mesue.	fol. 82
Dia Laccæ magnæ Mesue.	fol. 83
Dia Laccæ Isac.	fol. 83
Dia Moschi dulcis Mesue.	fol. 74
Dia Moschi vsualis.	fol. 75
Dianisi Mesue.	fol. 84
Diaphenicon Mesue.	fol. 99
Dia prunis Nicolai.	fol. 102
Dia Satyrion alterum Mesue.	fol. 78
Dia Senæ Nicolai.	fol. 101
Dia Spolitici Galeni.	fol. 95
Dia Tesseron Mesue.	fol. 96
Dia Trion pipereon simplex Galeni.	fol. 88
Electuarii Rosati Mesue.	fol. 107
Con. Gentilis Cordialis contra melancholiam.	fol. 72
Con. Gentilis Laxativa.	fol. 103
Con. Hamech Mesue.	fol. 96
Con. Hieræ simplicis.	fol. 105
Con. Hieræ composite Nicolai.	fol. 105
Con. Hieræ Logadionis Nicolai.	fol. 106
Con. Hieræ dia Colocynthidis Galeni.	fol. 88



# INDEX.

Icni.	fol.107
Con. Hiacintorum Magistralis.	fol.73
Con. Limonata Smaragdorū Ma- gistralis.	fol.75
Con. Liton Tripō Nicolai.	fol.85
Con. Micleta Nicolai.	fol.88
Con. Mitridati Democratis.	fol.92
Con. Philantropos Nicolai.	fol.85
Con. Philonii maioris Nicolai.	fol.86
Con. Philoni Persici Mesue.	fol.87
Requiei magne Galeni.	fol.88
Requiei puerorum Magistralis.	fol.77
Scordii Ludovici Collado.	fol.94
Con. Theriaca de Citro Magistra- lis.	fol.76
Con. Theriaca magna Androma- chi.	fol.89
Con. Triphera magna Nicolai.	fol.93
Con. Triphera Sarracenicæ Me- sue.	fol.95

## DE PILLVLIS.

<b>P</b> illule Aggregatiue Mesue.	fol.111
Pillule Alephangine Me- sue.	fol.118
Pillule Arthritice Nicolai.	fol.115
Pillule aure Nicolai.	fol.114
Pillule Azazeret Avicene.	fol.114
Pillule Bechicæ.	fol.111
Pillule Cochre Galeni.	fol.116
Pillu. Cochre Rhafis.	fol.114
Pillu. contra fluxum ventris ex Ni- colao.	fol.111
Pillu. de Agarico Mesue.	fol.113
Pillu. de Elleboro vsuales.	fol.118
Pillu. de Fumoterra Avicene.	fol.115
Pillu. de Hermodatilis minores Me- sue.	fol.118
Pillu. de Hiera Galeni.	fol.117
Delimarura Calibis vsuales.	fol.119
Pillu. de Rhabbarbo Mesue.	fol.112
Pillu. Fetida maiores Mesue.	fol.113
Pillu. Indæ Mesue.	fol.117
Pillu. Lapidis Lazuli Mesue.	fol.117
Pillu. Lucis maioris Mesue.	fol.116
Pillu. Lucis minoris Mesue.	fol.116
Pillu. Sine quibus Nicolai.	fol.115
Pillu. Stomaticæ Mesue.	fol.118

## DE TROCHISCIS.

<b>T</b> rochisci Alhadal Mesue.	fol.120
Trochisci Alipta moscha- ta Nicolai.	fol.127
Tro. AlKeKengi Mesue.	fol.130
Tro. de Absinthio Mesue.	fol.129
Tro de Berberis Mesue.	fol.122
Tro. de Capparibus Mesue.	fol.129
Tro. de Carabe Mesue.	fol.123
Tro. de Eupatorio Mesue.	fol.129
Tro de Myrrha Rhafis.	fol.131
Tro. de Rhabbarbo Mesue.	fol.128
Tro. de Spodio cum semine aceto- sa Mesue.	fol.123
Tro. de Terra sigillata Mesue.	fol.123
Tro. Diarrhodon Mesue.	fol.128
Tro. Gallie moschata Mesue.	fol.124
Tro. Gallie Alephagina Mesue.	fol.125
Tro. Gallie moschata Nicolai.	fol.125
Tro. Ramich Mesue.	fol.124

## DE COLYRIS.

<b>C</b> ollyrium album Rhafis.	fol.133
Collyrium album vsuale.	fol.133
Collyrium Lancfranci vsua- le.	fol.132

## DE OLEIS.

<b>O</b> leum Absinthii Magistra- le.	fol.139
Oleum Amygdalarum dul- cium vsuale.	fol.134
Ol. Amigdalorum amarum.	fol.134
Ol. Anethi Mesue.	fol.138
Ol. Castorei Arnaldi.	fol.143
Ol. Chamomilla Mesue.	fol.138
Ol. Cheyrinum Mesue.	fol.146
Ol. Costinum Mesue.	fol.140
Ol. Cydoniorum Mesue.	fol.138
Ol. de Capparibus magistrale.	fol.141
Ol. de Croco Mesue.	fol.141
Ol. de Euphorbio Mesue.	fol.140
Ol. de Mentha.	fol.140
Ol. de Mirra vsuale.	fol.147
Ol. de Piperibus Mesue.	fol.141
Ol. de Perrulaca Magistrale.	fol.145



# INDEX,

Ol. de Sampfuocho Mesue,	fol. 146	Vng. Lithargyrij coctum.	fol. 149
Ol. de Therebinthina Magist.	fol. 148	Vng. Lithargyrij crudum.	fol. 149
Ol. ex Baccis Lauri Mesue,	fol. 135	Vng. Marclaton Nicolai.	fol. 162
Ol. de Lateribus Mesue,	fol. 147	Vng. Medie confectionis Magist.	fol. 153
Ol. Hypericonis Magistrale,	fol. 145	Vng. nigrum Sarraceni.	fol. 153
Ol. Irinum Mesue.	fol. 141	Vng. Pompholigos Guidonis.	fol. 149
Ol. Laurinum Vsuale,	fol. 141	Vnguent. Pomorum Magistrale.	fol. 156
Ol. Lillii Magistrale,	fol. 140	Vnguent. Populeon Nicolai.	fol. 163
Ol. Lumbricorum Magistrale.	fol. 144	Vnguent. Refumptivum Gui.	fol. 153
Ol. Mastichinum Mesue.	fol. 139	Vnguent. Rosatum Mesue.	fol. 150
Ol. Moschelinum Nic. Alex.	fol. 143	Vnguent. Rosatum Santalatum.	fol. 150
Ol. Myrtinum Mesue,	fol. 139		
Ol. Nardinum Mesue,	fol. 139		
Ol. Ovorum Mesue,	fol. 147		
Oleum Sefaminum,	fol. 135		
Oleum de Cherva.	fol. 135		
Ol. Papaveris albi Mesue,	fol. 146		
Ol. Papaveris rubri Magistrale.	fol. 146		
Ol. Petroleum Naphtha.	fol. 147		
Ol. Rosaceum completum Mesue.	fol. 136		
Ol. Omphacinum.	fol. 136		
Ol. Rosaceum completi Nicolai.	fol. 137		
Ol. Rutaceum Mesue.	fol. 140		
Ol. Scorpionum Mesue.	fol. 144		
Ol. Tamarici Magistrale.	fol. 143		
Ol. Vitolarum Mesue.	fol. 137		
Ol. Vulpinum Mesue.	fol. 145		

## DE VNGVENTIS.

<b>V</b> nguentum album Rhafis.	fol. 148
Vnguentum album Sarraceni.	fol. 155
Vnguentum Agipciacu Guidonis.	fol. 152
Vnguentum Agrippe Nicolai.	fol. 159
Vnguentum Apostoloru Avicene.	fol. 157
Vnguentum Aragon Nicolai.	fol. 161
Vnguentum Aureum Mesue.	fol. 161
Vnguent. Basiliconis Magistrale.	fol. 152
Vnguent. Citrinum Vsuale.	fol. 154
Vnguent. Comitisa Varignanz.	fol. 159
Vnguent. contra morbum Gillicum Magistrale.	fol. 160
Vng. contra Scabiem Mesue.	fol. 161
Vng. contra Tineam Magistrale.	fol. 161
Vng. de Apio Magistrale.	fol. 155
De Arthanita Mesue.	fol. 154
De Enula Magistrale.	fol. 161
Vng. de Minio Magistrale.	fol. 156
Defopilativum Magistrale.	fol. 160
Vng. Dialthea Nicolai.	fol. 157
Vng. ex pulvere Tutie Magistral.	fol. 156

## DE CERATIS.

<b>C</b> erat. de Tapsia Vsuale.	fol. 167
Cerat. Santalatum Mesue.	fol. 167
Cerat. Spadadrap dictum.	fol. 168
Cerat. Refrigerans Mesue.	fol. 166
Cerat. Refrigerans Galeni.	fol. 166

## DE EMPLASTRIS.

<b>E</b> mplastrum Alos Anthos Ludovici Collado	fol. 177
Emplastrum Apostolicum Chirurgicum Guidonis.	fol. 179
Emplastrum Carageni Guidonis.	fol. 178
Emplastrum Centauræ Guidonis.	fol. 173
Emp. contra conuassationem magistrale.	fol. 171
Emp. contra durities magistral.	fol. 175
Emp. contra glandulas vulgo Agnaxach.	fol. 170
Emp. contra Rupturam de pelle arietina Guidonis.	fol. 174
Emplast. contra Rupturam magist.	fol. 174
Emplast. de Geminis magistrale.	fol. 180
Emplast. de Meliloto Mesue.	fol. 180
Emplast. de Palmitibus magistral.	fol. 173
Emplast. de Ranis Vigonis.	fol. 176
Emplast. Diachilon commune, sive Rhafis.	fol. 169
Emp. Diachilon magnum Mesue.	fol. 169
Emp. Diapalma Mesue.	fol. 170
Emp. Diaphenicon mesue.	fol. 178
Emp. Divinum magistrale.	fol. 179
Emp. Filij Zacharie mesue.	fol. 180
Empl. Gratie Dei magistrale.	fol. 178
Emp. Gulielmi Servitoris magist.	fol. 172
Emp. Oxicroccum Nicolai.	fol. 171
Emplast. Maticon.	fol. 171







